

STATUT KOPRA

Tiskan je bil leta 1668 v Benetkah, kjer je bila tiskana večina starih knjig, ki jih hrani naša knjižnica. Eden najbolj znanih tiskarjev v Benetkah je bil Manuzius.

Koprski statut je eden najstarejših statutov istrskih mest.
(Piranski je še starejši...)

(gl. na naslovniči tudi grb Kopra)

S T A T V T A
IVSTINOPOLIS
METROPOLIS ISTRIAE.
AVGVSTINO BARBADICO
P R A E T. A T Q V E P R A E F.
R A I M V N D O F I N O I . V . D.
C A R O L O V E R G E R I O
D V V M V I R I S.
T Y P I S D A T A.



VENETIIS, M. DCLXVIII.

Apud Franciscum Salerni, & Ioannem Cagnolini.

S U P E R I O R V M P E R M I S S V.



Illustriſ. & Eccellentiiſ.
AVGVSTINO BARBADICO
Præt. Præfectoque Iuſtinopolis
R AIM V NDVS FINVS I. V. D.
CAROLVS VERGERIUS
D V V M V I R I. S.



D tui magnitudinem Nominis alle-
gatas Leges volumus , ò Legum
Allector iustissime , & viua Lex
Istriæ . Tibi supplicat nostra The-
mis immortali nunc donata amictu , quæ nuper
laceris voluminibus , quasi scissis vestibus , luge-
re funus suum videbatur ; tibi vota persoluit de-
naufragio temporum liberata ; te à feruitute te-
nebrarum manumissa , & nunc Patronum pro-
clamat , & apud seras gentes , populosque Ne-
potum proclamabit . Nos vero qui beneficio
etiam posteris profuturo iam fruimur , tum vi-
uentis Populi , tum Posteritatis Personam in-
duti pro Natis , & Nascituris tibi grates repen-
dimus , nostra , & sua tuis aris humilimè deuo-
uentes .

Salvator a 2 A D



AD LECTOREM.



Ntiqua hæc Statuta antiquo Codici manu tradita tempus re-
rum edax non solum in literis, verbis, sed etiam in folijs absor-
buerat, totumque nostræ Iurisprudentie corpus senecte & iniuria
deficiebat, cum ad meliorem Iuuentam, immo ad immortalita-
tem nostras leges renasci multiplici Maioris Consilij Consulto
sancitum est, sed fatis aperto Marte reluctantibus Vota, &
spes iam diu lassabantur; Tandem ex illo decrepito Originali
(Exemplaribus perrari, iisque infidelibus) ad saniores statum summa fide traduccta postremo ad hanc typographicam nobiliorem vitam resurgunt; Liber quintus pluribus, ac varijs Decretis vndecumque collectis tessellatus auxit volumem,
sed longius laborem; Ad Prisciani trutinam nostra Statuta nè examines, dum ea,
nec unico verbo violare eiusdem Consilij decretum, Publicæ Maiestatis Placita,
& Antiquitatis obsequium interdixere; Nulli Iura silere volunt, ideoque facilem
linguam sortiri iuris est. Huius operis gratias **AVGVSTINO BARBADICO**
Præsidi vere optimo habe, cui tanti facti meritum prouida cunctatione Fata reser-
uarunt, immo (ut dicam verius) ipse sibi & nobis sue glorie, atque nostræ felici-
tatis est Fatum. Serenissima natus Prosapia Maiores habuit Maximos, quos emu-
laret, ac vinceret; Quot Fratres, tot Patres Patriæ, Senatores optimi, ingentes ani-
mæ, sancta capita bono publico nata, quibus Respublica plurimum debet; Pueri-
tiam religione, & studijs, Adoloscentiam virtutibus, ac disciplinis excoluit; Hinc
maxima spei, & honorum seges; Ingenium ingens supra fidem mirabile nulli scien-
tia & imperium, Species digna Imperio; Excelsa indoles ad regendum apta, & inaa-
to quodam documento instructa; Iustitia par imparibus, & diuersis semper eadem;
Prudentia maior annis, ac si essent Nestorei, Facilitas sine superbia grauis, & gra-
uitas sine deiectu facilis; Religio inter etatis flores matura, exempli atque admiratio-
nis feracissima; Morum honestas non solum in Senatore adhuc Iuueni, verum in
ipso Catone stupenda; Sed sua hæc sunt, sua, & nostra quæ sequentur, Mons pius
olim aridus, nunc floridus opem, & aurum germinans. Horreum pecunia, & Cereris
beata copia satiatum; Atrium Publicum præcepis restitutum; Ista habemus, sed
maiora

maiora votis quoque expectamus. Interea timendus amatur, & amandus timetur.

Typographo ignosce, Typi mendosam habent naturam incredibili industria, quae carent Publica, corrigendam; Natalitios Iustinopolis Fastus Lapis hisce caraterribus inscriptus tibi Lettor signabit, & huius Prohemij amaritiem subsequentis Epigrammatis dulcedine compensabis.

D. N. CABS: IVSTINV S P. SAL. FELIX. PIUS INCL-
TVS, AC TRIVMPHATOR SEMPER AVGVSTVS PON. Vol. Sa-
MAX. FRANC. MAX. GOT. MAX. VANDAL. MAX. CONS. IV. bel Le-
TRIB. VII. IMP. V. CONSPICVAM HANC AEGIDIS
INSVLAM AD INTIMA ADRIATICI MARIS COMODISS.
INTERIECTAM VENERANDAE PALLADIS SACRARIVM
QVONDAM ET COELCHIDVM ARGONAVTARVM PER-
SECVTORVM QUIETEM OB GLORIAM PROPAGANDAM
IMP. S. C. IN VRBEM SVI NOMINIS EXCELENTISS.
NVNCVPANDAM HONESTISS. P. P. P. DESIGNAVIT
FVNDAVIT CIVIBVS ROMANIS PO. Q. ET GENTE
HONESTISSIMA REFERTAM.





ANTONII BRVNI

De Iustini, & Paſſadis Vrbe.

EPIGRAMMA.



SVm Caput Istrorum Veneto subiecta Leoni
Quæ tua Iustine, atque Vrbs tua Pallas eram.
Altera præclaram bellis, & pace Iuuentam,
Alter, quo careo, tradidit imperium.

Quis mihi nunc Italas, aut Graias præferat Vrbes,
Me quoque tum Reges, tum posuere Dei.



INCIPIVNT

Rubricæ Primi Libri Statutorum

IVSTINOPOLIS.



Vobis Nullus audeat blasphemare Deum, vel Sanctos.
Cap. I.

Quod Ciuitas Iustinopolis, & eius Districtus in criminalibus regatur secundum statuta, & ordines Communis Venetiarum. II

De rebus Proiectis in mari propter fortunam, & maris tempestatem. III

Quod Molendinarij habeant mensuras. IV

De Molendinarijs qui tenentur, & debent molere quodcumque bladum conciuibus, & habitatoribus Iustinopolis. V

Quod Molendinarij, & Tabernarij non possint dare bladum nisi Conciubus. VI

De non molendo bladum in die Sabbati post solis occasum. VII

De non molendo bladum in festiuitatibus infrascriptis. VIII

De Fictu Molendinorum. IX

De Seruis, & Mercenarijs euntibus ad aliena seruitia. X

Quod Mercenarij utriusque sexus petant pretium suum illi cui seruierint infra terminum constitutum. XI

De Fideiubentibus pro Mercenarijs, & Seruis. XII

Quod Tabernarius non audeat recipere pignus à Mercenario. XIII

De non subtrahendo Mercenarium. XIV

De illis, qui ducunt familiarem, siue mercenarium aliorum extra ciuitatem. XV

De Personis Hominum non vendendis. XVI

De non pignorando sine licentia domini Potestatis. XVII

De Pignoribus accipiendis, & de ordine obseruando in vendendo dicta pignora. XVIII.

Quod aliqua Puella, vel Mulier existens in potestate Patris, vel Matris non possit se maritare absque eorum licentia, vel sub cuius protectione extiterit. XIX

De Contrahentibus matrimonium occulte, & occultis testibus. XX

Quod aliqua diuisia, vel assignatio bonorum non fiat inter virum, & uxorem. XXI

De Plezarijs non fiendis pra forensibus. XXII

De Incendiarijs, quod emendent damnum in duplum, quod euenerit incendio. XXIII

Quod nemo audeat ire ad laborandum Salinas aliò, quam nostras. XXIV

De Salinarijs non audentibus post Solis occasum usque ad Solis ortum ire per

<i>laboreria sua, vel aliena.</i>	XXV
<i>De aperientibus foxatos camporum, & Salinarum.</i>	XXVI
<i>Quod nullus Salinarius audeat extrahere salem, de salinis, nisi prius notificauerit Patronis, & Datiarijs.</i>	XXVII
<i>Quod Nemo reddat se excusatum in omnibus angarijs communis, quoniam sit sub potestate Clerici.</i>	XXVIII
<i>Quod illi qui venerint ad habitandum in ciuitate Iustinopolis, & steterint per quinque annos sint franchi ab omnibus angarijs.</i>	XXIX
<i>De Vendendo lac purum sine aqua.</i>	XXX
<i>De non conducendo Vinum forensicum, vel vinas forensicas ad faciendum vinum in Iustinopoli.</i>	XXXI
<i>De Interdictis Potestati non manifestantibus.</i>	XXXII
<i>De Portantibus Bladum aliquod extra ciuitatem.</i>	XXXIII
<i>De Rebus non emendis nisi in Platea communis.</i>	XXXIV
<i>Quod non possint emi Gallinæ, Caponi, Phasiani, & cætera causa reuendendi nisi post tertias.</i>	XXXV
<i>De extirpantibus viam publicam, vel consortum.</i>	XXXVI
<i>De Portantibus, seu tendentibus coria in Broilo.</i>	XXXVII
<i>De Mittentibus denarios, vel alias res per aliquem.</i>	XXXVIII
<i>De Intromittentibus, seu usurpatibus de territorio communis.</i>	XXXIX
<i>Dealienatione territorij communis, & aliorum dominorum sine licentia non vendenda.</i>	XXXX
<i>De ludentibus ad ludum taxillorum, & eorum penes.</i>	XL
<i>De Proicientibus aquam mundam, vel immundam vel aliquod sterlus super aliquam stratam.</i>	XLII
<i>De non proicioendo letamen, aut aliud sordidum in vijs publicis.</i>	XLIII
<i>Quod omnes Fusoli tam qui sunt super vias publicas, quam alibi, habentes cursum ad vias publicas aptentur, vel stropentur tam ab alto, quam ab infimo seu basso.</i>	XLIV
<i>De Furnarijs, qui tenentur tenere furnos bene preparatos, non audentibus recipere solutionem nisi modo infrascripto.</i>	XLV
<i>Quod aliquis deinceps non audeat tenere Porcos in Ciuitate Iustinopolis præter in Stia, seu in domo clausos.</i>	XLVI
<i>De Bubulcis, qui tenentur tenere timones curruum in suis manibus.</i>	XLVII

Rubricæ Secundi Libri.

<i>D<small>E</small> Quæstionibus Rerum immobilium.</i>	Cap. I.
<i>Quod nullus Maritus possit respondere in iure nisi legitima procuratione uxoris.</i>	II
<i>Quod viror alicuius non audeat se obligare.</i>	III
<i>De petitionibus mobilium, & immobilium rerum, & quod auctor teneatur procedere quandocumque à reo fuerit requisitus.</i>	IV
<i>De</i>	

<i>De non faciendo obligare vllum ciuem Iustinopolis quod non possit se de suis qua-</i>	<i>tionibus concordare.</i>	V
<i>De testibus recipiendis, & examinandis.</i>		VI
<i>De testibus producendis.</i>		VII
<i>De testibus per rigorem Domini Potestatis cogendis.</i>		VIII
<i>De eodem.</i>		IX
<i>De Admittenda probantibus probatione.</i>		X
<i>De Recurrente ad Possessorem.</i>		XI
<i>De Negantibus debitum, & testificationibus non valituriſ à quinquaginta libris</i>	<i>supra.</i>	XII
<i>Quod Datarij completo vno anno post finem eorum datiorum debeant exigere eo-</i>	<i>rum datia.</i>	XIII
<i>De Aduenis ab intestato defunctis.</i>		XIV
<i>De Intromittentibus bona alicuius ab intestato defuncti.</i>		XV
<i>De ab intestato defunctis.</i>		XVI
<i>De Eodem.</i>		XVII
<i>De intromittentibus bona alicuius defuncti extra ciuitatem.</i>		XVIII
<i>De Aedificantibus in alieno solo.</i>		XIX
<i>De interdicentibus adificare alicui parato.</i>		XX
<i>Qualiter tempus præscribitur.</i>		XXI
<i>De Præscriptione temporis ciuium, & forensium.</i>		XXII
<i>Quod nemo de aliqua possessione empta, seu recuperata possit conuinci à creditori-</i>	<i>bus venditoris, vel alienatoris si ipsam possederit per tres annos sine lite.</i>	XXIII
<i>De Hæreditate sumenda, vel reicienda, & quod tam donatarij, quam legatarij ge-</i>	<i>nerales in bonis alicuius teneantur deinceps facere Abreniarium ipsorum bo-</i>	
<i>norum.</i>	<i>norum.</i>	XXIV
<i>De intromittentibus bona alicuius ab aliquo possessa.</i>		XXV
<i>De Venditionibus Proprietatum.</i>		XXVI
<i>Quod dominus Proprietatis possit recuperare possessionem sibi respondentem.</i>	XXVII	
<i>De Venditionibus, vel alienantibus possessiones pro quibus redditur.</i>		XXVIII
<i>De Cauderijs non alienantibus de terreno sua vicinante.</i>		XXIX
<i>De Habentibus aliquid ad partiendum.</i>		XXX
<i>De Eradicantibus limites alterius.</i>		XXXI
<i>De Vineis, & Campis non habentibus viam.</i>		XXXII
<i>De Rebus legatis ad Vſiſtructum.</i>		XXXIII
<i>De Habentibus Vineas ad Curruscongium.</i>		XXXIV
<i>De Illis qui tenentur soluere fictū, vel redditū perpetuā de aliqua possessione.</i>	XXXV	
<i>De Habentibus minimam particulam alicuius possessionis.</i>		XXXVI
<i>De Patrimonio Recuperando.</i>		XXXVII
<i>De Venditionibus non valituriſ.</i>		XXXVIII
<i>De Perticantibus possessiones extra ciuitatem.</i>		XXXIX
<i>De Possessionibus exterioribus, quæ perticari debeant à capite, & à lateribus.</i>		XL
<i>De Instrumento donationis generalis, quod in eo non sit necesse ponere confinia,</i>	<i>vel</i>	

<i>vel perticas.</i>	XLI
<i>De Instrumentis præsentandis dominio Iustinopolis factis extra ciuitatem continentibus de alienatione alicuius possessionis sitæ in Ciuitate Iustinopolis, vel extra.</i>	XLII
<i>De Personis non excusandis respondere in iure ratione maiorum.</i>	XLIII
<i>De Filio in potestate Patris constituto.</i>	XLIV
<i>De non dando intromittere bona alicuius existentis extra ciuitatem, nisi ad certum tempus.</i>	XLV
<i>De Eodcm.</i>	XLVI
<i>Quod nulla intromissio detur alicui de bonis sui debitoris.</i>	XLVII
<i>Quod nemo possit emere ad incantum, vel ad aestimariam aliquas possessiones nomine alieno.</i>	XLVIII
<i>De Tabellionibus coniunctatis ad testamentum.</i>	XLIX
<i>De Testamentis conficiendis.</i>	L
<i>Quod nemo possit per codicillum adimere heredem institutum in testamento.</i>	LI
<i>De legatis factis filio per Patrem, vel Matrem in testamento, non dicendo in beneficione, & contentu.</i>	LII
<i>De dispensationibus fiendis per Commissarios de legatis factis per testatores.</i>	LIII
<i>De Tutoribus Pupillorum.</i>	LIV
<i>De Eodem..</i>	LV
<i>De Eodem..</i>	LVI
<i>De Eodem..</i>	LVII
<i>De Eodem..</i>	LVIII
<i>De Eodem..</i>	LIX
<i>De Citantibus in iure..</i>	LX
<i>De debitibus persoluendis..</i>	LXI
<i>De debtoribus alicuius committentibus aliquem excessum..</i>	LXII
<i>De Scriptis Manuum..</i>	LXIII
<i>De debtoribus fugitiis venientibus Iustinopolim temporibus feriarum..</i>	LXIV
<i>De Instrumentis renouandis..</i>	LXV
<i>Quod aliqua præscriptio temporis præiudicium generare non possit alicui instrumentum conseruationis habenti pro aliquo debito, in quo ipse fuerit obligatus ..</i>	LXVI
<i>De Præscriptione temporis instrumentorum debiti ciuium, & forensium..</i>	LXVII
<i>De ijs, qui debent esse, ut frater, & soror in eorum matrimonio..</i>	LXVIII
<i>De debito antè contractum Matrimonij..</i>	LXIX
<i>De Eodem..</i>	LXX
<i>Quod Pars debitorum, & acquisitorum capi non possit, nisi in decessu alicuius ingalii..</i>	LXXI
<i>De Eodem..</i>	LXXII
<i>Quod nullus Contractus factus inter Virum, & Vxorem valeat..</i>	LXXIII
<i>Quod Vxor possit petere prouisionem super bonis Viri, si Vir qui contraxerit cum ea secundum consuetudinem Venetiarum vendiderit de bonis suis dotalibus: inae-</i>	

<i>in aestimatis.</i>	LXXIV
<i>De Mulieribus non Vendentibus sine verbo viri.</i>	LXXV
<i>De Pattis, & Conuentionibus Vsurariorum.</i>	LXXVI
<i>De debito hic soluendo.</i>	LXXVII
<i>De Contrahentibus, vel spalmantibus forum de quacumque mercatione de re Mobiili.</i>	LXXVIII
<i>De sociadalibus non valituris.</i>	LXXIX
<i>De volentibus constituere suos Procuratores omnes quos voluerint.</i>	LXXX
<i>De Bonis stabilibus dimissis personis Ecclesiasticis.</i>	LXXXI
<i>De Petentibus per aliquod Instrumentum continens in cuius manu comparuerit.</i>	
<i>LXXXII.</i>	
<i>De absentibus per contumaciam, & eorum paenit.</i>	LXXXIII
<i>De amittentibus Instrumentum postquam in iure conduxerint,</i>	LXXXIV
<i>De illis qui in solidum fuerint obligati.</i>	LXXXV
<i>Quod Creditor teneatur recurrere ad principalem debitorem, & eius bona de omni debito tam facto quam fiendo per cartam.</i>	LXXXVI
<i>Quod Creditores primò conuincant principales debitores, si eos potuerint reperire, & si non recurrent ad fideiussores.</i>	LXXXVII
<i>Quod Creditores reddere teneantur Instrumentum debiti soluti in manibus debitoris, qui soluerit debitum delatum, & cancellatum.</i>	LXXXVIII
<i>De illis qui vendiderint omnia bona sua.</i>	LXXXIX
<i>De eodem.</i>	XC
<i>De Eodem.</i>	XCI
<i>De Eodem.</i>	XCII
<i>De Modo consernationis indemnitatis, & de forma conuentionis eorum.</i>	XCIII
<i>De Pensione domorum.</i>	XCIY
<i>De Eodem.</i>	XCV
<i>De Eodem.</i>	XCVI
<i>Quod Affiliatio, vel Locatio alicuius possessionis non valeat ultra annum, nisi inde appareat publicum instrumentum.</i>	XCVII
<i>De volentibus aptarifacere aliquod Molendinum Consortium, salinas, & alias possessionis Consortum.</i>	XCVIII
<i>De Operarijs promittentibus alicui ire in seruitio.</i>	XCIX
<i>De recipientibus denarios mutuo causa operis.</i>	C
<i>De operarijs potentibus pretium infra certum terminum.</i>	CI
<i>De Ferijs obtainendis.</i>	CII
<i>De Scripturis, & Instrumentis, quae continuè requiruntur in Vicedominaria, & de modo, & ordine tenendi circa hoc.</i>	CIII
<i>De Breuiaturis Vicedominariæ extractis per Notarios loco Notariorum defunctorum, vel absentium à Ciuitate.</i>	CIV

Rubricæ Tertij Libri.

D E Ordine officialium.	Cap. I.
De electione, & salario officialium.	II
De Procuratoribus Hospitalis Sancti Nazarij, & de eorum electione.	III
De Priore Hospitalis Sancti Nazarij, & de eius electione.	IV
De Procuratoribus Ecclesiæ Cathedralis, & de eorum electione.	V
De electione Prioris Hospitalis Sancti Marci, & eiusdem Procuratorum.	VI
De solutione scripturarum Cancellariae Iustinopolis, quæ pertinet, & expectat Cancellario domini Potestatis, & Capitanei tantum.	VII
De solutione scripturarum Cancellariae Iustinopolis, quæ pertinet, & expectat Cancellario Domini Potestatis, & Cancellario communis.	VIII
De officialibus, qui non debent interesse sententiæ de qua fuerint Aduocati.	IX
De Aduocatis communis, & eorum solutione.	X
Quod aliquis Clericus non possit esse Aduocatus.	XI
De Cammerarijs cōmunis existentibus Procuratoribus, & Catauerijs communis.	XII
De Questionibus occurrētibus inter coniunctos, & de ordine eorum obseruando.	XIII
De Officio Aestimariæ.	XIV
Quod creditor, qui suscepereit denarios de manibus estimatorum, vel aliorum, qui receperit denarios de bonis sui debitoris positis ad aestimariam conseruet illos à quibus suscepereit tales denarios de manibus.	XV
Quod Notarius estimatorum teneatur facere mentionem in eorum quatenus de rysfructibus extractis de bonis positis ad aestimariam, & etiam in Platea in publico incantu.	XVI
De Officio Vicedominorum & eorum salario.	XVII
De electione Canideriorum, & de Plezaria danda per eos annuatim.	XVIII
De Notariis, qui non scribant in Instrumento publico annos Domini, diem, Indictionem, & quantitatem pecunia vñica litera abreviata.	XIX
De Notariis rogatis de aliquo publico Instrumento.	XX
Quod nullus audeat emere bladum aliquod, vīnum, seu oleum nisi tempore iuste re-collectionis.	XXI
De Medicis, quod non dent dominationi aliquem vulneratum pro liberato nisi consentiente Medico Phisico.	XXII
De Superstante super Vijs opportunis exterioribus.	XXIII
De Habentibus Possessiones super Flumisellum, quod teneantur mundare Rubidas, quæ sunt, in tantum quantum durant suæ Possessiones.	XXIV
De Superstante Interiori.	XXV
De Electione, & officio Sprochanorum.	XXVI
De Officio Instituatorum Communis.	XXVII
De Institutijs non audentibus recipere exēnnia ab illis cum quibus habent agere occasione sui officij.	XXVIII
De Stantibus in Taberna post campanam.	XXIX
De Falsantibus aliqua Mercimonia,	XXX
De	

<i>De Minorantibus mensuras aliquas, vel pondera.</i>	XXXI
<i>Quod aliquis mercator de cætero non audeat vti aliqua mensura olei, nisi tantum de vitro, videlicet libra, media libra, & quartarola.</i>	XXXII
<i>De Mercatoribus non audentibus vendere aliquam mercationem ad aliud pondus, quam ad simile, quo venditur Venetijs.</i>	XXXIII
<i>De Mercatoribus habentibus iustas mensuras.</i>	XXXIV
<i>De Mercatoribus, vendentibus, & ementibus pañu ad brazolariū cōmunis.</i>	XXXV
<i>Quod Becharijs non audeant sconflare, vel soflare cum flatu, vel aliter aliquas car- nes, quæ renderentur in becharia communis.</i>	XXXVI
<i>De Becharijs tenentibus discos extra Pilonos Bechariæ.</i>	XXXVII
<i>De Becharijs vendentibus carnes alterius qualitatis quam sint.</i>	XXXVIII
<i>De Becharijs vendentibus duas carnes simul.</i>	XXXIX
<i>De Becharijs vendentibus carnes in Becharia quæ forent Mortisnae.</i>	XL
<i>De Becharijs non vetantibus carnes alicui petenti cum inciderint.</i>	XLI
<i>Quod nulla persona sordidum faciat in Becharia communis.</i>	XLII
<i>Quod Panicocol, & teneantur facere panem secundum pondus, quod sibi dabitur à do- mino Potestate.</i>	XLIII
<i>Quod ne quis Piscator audeat vendere pisces extra Ciuitatem Iustinopolim.</i>	XLIV
<i>De Piscatoribus vendentibus pisces alicui causa reuendendi.</i>	XLV
<i>De Piscatoribus conducentibus totum pescem in Piscaria.</i>	XLVI
<i>De Piscatoribus stantibus ad discopertum cum vendiderint pisces.</i>	XLVII
<i>De tempore illorum, qui possint esse de maiori Consilio.</i>	XLVIII
<i>De Collecta Congij, & Vardæ ubi sint persoluenda.</i>	IL
<i>De Modo, & ordine Torculariorum, & seruitorum eorumdem.</i>	L
<i>De ijs, quæ debent obseruari per dominum Potestatem, & Capitanum Iustinopolis occasioe Nundinarum Sanctæ Mariæ Capitis Risani.</i>	LI
<i>Quod non obstante Instrumento debiti integro si debitör dixerit in iure se partem debiti persoluisse sine confessione habita à creditore dari debeat sacramentum creditori, si partem solutionis huiusmodi debitireceperit.</i>	LII

Rubricæ Quarti Libri.

D E Guardianis cælatiſ.	Cap. I
<i>De damnicatoribus inuentis à custodibus Publicis, vel Patronis.</i>	II
<i>De Pignoratis latronibus.</i>	III
<i>De damnis datis ab animalibus in laboreijs Iustinopolis.</i>	IV
<i>De tenantibus asinos, mulos, vel equos ligatos, taliter quod damnum dare nō possint.</i>	V
<i>De dāmno dato à Boue, vel Vacca, Pecude, Castrone, & Agno.</i>	VI
<i>De Animalibus minutis non ponendis in Campo Martio.</i>	VII
<i>De Venatoribus non euntibus venatum nisi tempore consueto.</i>	VIII
<i>De non eundo per laboreria de extra.</i>	IX
<i>De habentibus vuam venalem, vel alios quoscumq; fructus in Platea Cōmunis.</i>	X
<i>De damnis datis à Rusticis, qui morantur ultra Ricauum.</i>	XI
<i>De Pratis bannitis.</i>	XII
<i>De</i>	

<i>De Vineis non incidendis.</i>	XIII
<i>De Sarmentis alterius non tollendis.</i>	XIV
<i>De non eundo ad gallandum, vel verberandum oliuas, vel castaneas alienas.</i>	XV
<i>De Turfis non auferendis.</i>	XVI
<i>De non conducendo ruam ad vendendum.</i>	XVII
<i>De pomis, & fructibus in alieno solo cadentibus.</i>	XVIII
<i>De vineis non incidendis causa pastinandi.</i>	XIX
<i>De Incidentibus arboreis fructiferas.</i>	XX
<i>De modo incidendi ligna nemorum de tempore in tempus.</i>	XXI
<i>De Frondibus non incidendis.</i>	XXII
<i>De Capris non tenendis.</i>	XXIII
<i>De Concernis consignatis.</i>	XXIV
<i>De Rusticis postquam exierint à Villa amittant bona immobilia uniuersa.</i>	XXV
<i>Quod Rusticus non possit vendere aliquod immobile nisi suo proprio conuicino.</i>	XXVI
<i>Quod nullus rusticus Communis vel diuisi non possit respondere alicui habitanti extra villam de aliqua possessione sine notitia domini Potestatis si est communis, vel domini sui si est diuisi.</i>	XXVII
<i>De modo Villarum Communis Iustinopolis.</i>	XXVIII
<i>Quod si quis receperit securitatem ab aliquo suo Rustico, qui postmodum fuerit condemnatus primò satisfaciat condemnationi.</i>	XXIX
<i>De Rusticis Villarum Iustinopolis volentibus recedere à Villa cum rebus suis.</i>	XXX
<i>De Questionibus Rusticorum, & Habitantium Villarum, tam immobilium rerum quam mobilium.</i>	XXXI
<i>Quod Rustici nostri districtus tam communis quam diuisi non possint se vlo modo obligare alicui Castellano, vel alicui alteri personæ habitanti extra districtum Iustinopolis.</i>	XXXII
<i>Quod non liceat alicui nostro Rustico nostri districtus aliqua sua animalia dare in foeda, in conseruo, nec ad pascendum alicui habitanti extra districtum Iustin.</i>	XXXIII
<i>Quod nemo audeat coquere vinum prater quam causa retinendi pro suo usu.</i>	XXXIV
<i>Quod nemo de extra nostrum districtum possit succedere in bonis alicuius nostri Rustici nisi det securitatem de permanendo in Villa, in qua talis noster Rusticus morabatur per quinque annos.</i>	XXXV
<i>Quod nemo audeat fodere, vel congregare terram, vel letamen in locis infra scriptis.</i>	XXXVI
<i>Quod quilibet, qui electus fuerit Cancellarius Communis ostendat aut Privilegium Notariae aut exercuisse artem.</i>	XXXVII
<i>Quod quilibet volens agere contra aliquem absentem retinentem sibi aliquam possessionem, primò eum citari faciat per litteras, & si non venerit postea proclamari.</i>	XXXVIII
<i>Quod Notarij scribentes aliqua testamenta vel Codicillos teneantur denunciare legatarijs legata.</i>	XXXIX
<i>Quod Cancellarius estimatorum communis teneatur suos quaternos presentare, & dare Vicedominis in Vicedominaria communis.</i>	XL
<i>De solutione Baroerorum, qui mittuntur ad Villas pro praceptis fiedis.</i>	XLI

Finis Index Capitum.

Ista sunt Festa Solemnia , quæ debent celebrari
ab hominibus Iustinopolis.

In Mense Ianuarij.

- 1 Circumcisio Domini nostri Iesu Christi.
- 6 Epiphania Domini.
- 25 Conuersio Sancti Pauli.
- 31 Translatio Corporis Sancti Marci Euangelista.

In Mense Februarij.

- 2 Purificatio Sanctæ Mariæ Virginis.
- 3 Sanctus Blasius Episcopus.
- 22 Cathedra Sancti Petri Apostoli.
- 24 Sanctus Matthias Apostolus.

In Mense Martij.

- 25 Annuntiatio glorioſissimæ Virginis.

In Mense Aprilis.

- 24 Sanctus Georgius.
- 25 Sanctus Marcus Euangelista.
- 28 Sanctus Vitalis,

In Mense Maij.

- 1 Festiuitas Apostolorum Philippi, & Iacobi.
- 3 Inuentio Sanctæ Crucis.

In Mense Junij.

- 11 Sanctus Barnabas Apostolus.
- 15 Sancti Vitus, & Modestus.
- 19 Sanctus Nazarius Episcopus.
- 24 Sanctus Ioannes Baptista.
- 25 Apparitio Sancti Marci.
- 26 Sancti Ioannes, & Paulus.
- 29 Sancti Petrus, & Paulus.

In Mense Iulij.

- 4 Sanctus Odoricus.
- 12 Sancti Hermacoras, & Fortunatus.
- 18 Sanctus Elius.
- 22 Sancta Maria Magdalena.
- 25 Sanctus Iacobus Apostolus.

In Mense Augufti.

- 1 Vincula Sancti Petri.
- 4 Sanctus Dominicus.
- 10 Sanctus Laurentius.
- 12 Sancta Clara.

15 Assumptio Beatissimæ Virginis.

24 Sanctus Bartholomæus.

In Mense Septembris.

8 Natiuitas Sanctissimæ Virginis Mariae.

14 Sancta Crux.

21 Sanctus Matthæus Apostolus, & Euangelista:

29 Sanctus Michael Arcangelus.

30 Sanctus Hyeronimus Doctor Ecclesiæ.

In Mense Octobris.

4 Sanctus Franciscus.

7 Sanctus Marcus Papa.

18 Sanctus Lucas Euangelista.

28 Sancti Simon, & Judas Apostoli.

In Mense Novembris.

1 Festiuitas Omnia Sanctorum.

11 Sanctus Martinus Confessor.

25 Sancta Catherina Virgo.

30 Sanctus Andreas Apostolus.

In Mense Decembris.

6 Sanctus Nicolaus Episcopus.

13 Sancta Lucia Virgo.

21 Sanctus Thomas Apostolus.

25 Natiuitas Domini nostri Iesu Christi.

26 Sanctus Stephanus Prothomartir.

27 Sanctus Ioannes Apostolus, & Euangelista:

28 Festum Sanctorum Innocentum.

Additio.

Quæcumque alia Festa Mobilia, & de Praecepto.

Hæ sunt Festiuitates, in quibus Domini Potestates accedere debent in Missa, & in quibus offerre debent doplegium unum, & grossos nouem; Videlicet

In Natiuitate Domini.

In Resurectione Domini.

In Festo Sancti Marci Apostoli, & Euangelistarum.

In Festo Beati Nazarij.

Hæ sunt Feriae in quibus Domini Potestates non debent sedere ad

Bancam rationis; Scilicet

Ante Natiuitatem Domini per quindecim dies; Post vero Festū per totidē.

Ante Festū Resurectionis per dies quindecim, & post Festū per quindecim

Ante Festum Apostolorum Petri, & Pauli per quindecim dies; Post festum

verò per quindecim; & de Festo Iunij intelligitur.

Item à Festo Assumptionis Beatae Mariæ Virginis de mense Augusti usque

per totum mensē Septembribus.

In Christi Nomine Amen.

Incipit Primus Liber Statutorum

CIVITATIS IVSTINOPOLIS.

Quod nullus audeat blasphemare Deum, vel Sanctos.

Cap. I:



Pificem omnium creaturarum Deum, à quo omne
datum optimum, & omne donum perfectum de-
scendit, à summa indagatione, atque diligentia ve-
nerari expedit, ut famulatio, & obsequium creature
sublimitati respondeat Creatoris: Ideoque nullus
tantæ audaciae, tantæque temeritatis reperiatur, qui
Deum omnipotentem, atque eius venerabilem,
Genitricem blasphemare præsumat, nec non San-
ctos, & Sanctas eius, & qui contrafecerit, designet
Communi libras quinque Venetorum parvorum, de quibus accusator ha-
beat medietatem, & tenebitur de credentia, & si noluerit, vel non potuerit
solvere usque ad octo dies post publicationem ipsius ponatur ad berli-
nam, & ad ipsam stare debeat per medium diem.

*Quod Ciuitas Iustinopolis, & eius Districtus in criminalibus regatur secundum
statuta & ordines Communis Venetorum.* Cap. II.

Obedientes filij matrem debent in omnibus consequi, & iuxta ritum
nostræ illustris Dominationis Venetorum intendentes in criminalibus
ut veri filij regulari, præsentis paginae decreto duximus statuendum, & sic
volumus obseruari, quod in criminalibus Ciuitas, & Districtus Iustinopolis
regatur, & gubernetur secundum modum formam, & ordinem Almae Ci-
uitatis Venetiarum.

De rebus proiectis in mare propter fortunam & maris tempestatem.
Cap. III.

QVia matis tempestas, & fluctuum inundationes multoties inualescunt,
& ob tempestatem mariæ multæ res proiciuntur in mare, per quas
mercantiae amittuntur tam super mare quam subtus mare in damnum mer-
catorum, & mercimoniarum, idcirco statuentes or dinamus, *Quod quando*
A aliquid

2
aliquid proicitur in mare ob fluctuum tempestatem extra nauim , vel barcam,& illud quod projectum fuit reperiatur super aquam, restituatur Domino rei , habendo inuentor quartam partem illius rei sic inuenta vel valorem quartae partis rei sic inuenta . Et si repertum fuerit aliquid sic projectum subtus aquam, ille qui inuenit talem rem habeat tertium dictae rei , vel valorem ipsius , Res vero inuentas restituat Domino rei . Si vero res , vel mercantiae sic projectae non fuerint repertae , tunc aestimetur batca vel nauigium , & aestimentur res , & mercantiae in dicta barca seu nauigio existentes , quae superauerint a rebus projectis , computatis rebus marinorum , siue nautarum , & Patroni , & fiat varia , & solvatur damnum de rebus projectis in mare , computando in varia valorem rei projectae ; quae res aestimentur dum extractae fuerint de mari ; Declarando quod illud tertium , vel quartum quod dabitur illi , vel illis , qui inuenit , vel inuenierit dictas res , ponatur in Varia ; Et si reperiatur aliquid in mari , & nesciat tunc Dominus rei , & si repertum fuerit super aquam , ille qui reperierit habeat quartum dictae rei ; Et si repertum fuerit subtus aquam habeat tertium rei inuenta , & reliquum sit Communis Venetiarum , ita tam quod si aliquo tempore reperiatur cum veritate Dominus rei inuenta , vel haeredes illius , qui talem rem amisit , restituantur ei , vel eis res sic repertae , si fuerint in rerum natura , & si non reperiatur res sic amissa , habeat , vel habeant id quod fuerit extractum de dicta re , quod fuit positum in commune , & quod Potestas , qui fuerit pro tempore debeat illi , vel illis restituere rei inuentam si fuerit , vel valorem ipsius rei sic venditae , qui erit in Communi .

Quod Molendinarij habeant Mensuras . Cap. IV.

STATUTUM , & ordinatum est , quod omnes Molendinarij Risani habeant mensuras , siue schatas ad accipiendum molaturas de blauis , quas molerint , ferratas accipiendo a conciibus , habitatoribus , & villanis nostris districtus Iustinopolis duas schatas pro stadio , & abinde inferius pro rata statij . Et quod sit in libertate ciuum , & Districtualium dare solidos quatuor pro qualibet stadio frumenti , vel schatas duas superius annotatas . Quae Measuræ siue schatzæ esse debeant tres vnum baccharium ; Quas mensuras siue schatas accipere debeant bullatas a Iustitiarijs Communis sub poena solidorum quadraginta Communi ; Et si aliter , vt supra dicitur constiterit aliquem ipsorum Molinatiorum contrafacere , siue quod non habuerint suas Mensuras siue schatas ferratas , & bullatas a Iustitiarijs , vel quod plus acciperent , componant Communi solidos quadraginta ; Et si ultra accepisse constiterit coram Potestate ad instar furti componat . Et quicumque voluerit cum Molinarijs blauam mensurare , aut iuste arbitrari , solidos quadraginta Molinarijs , & Domino Molendini remota omni occasione componat .

*De Molendinarijs, qui tenentur; & debent molere quodcumque bladum
Conciibus, & habitatoribus Iustinopolis.*

Cap. V.

STATUTUM. & ordinatum est, quod quilibet Molendinarius teneatur, & debeat molere quodcumque bladum conciibus & habitatoribus Iustinopolis, quando iuerint, vel miserint ad sua Molendina; Verum tamen si quis forensis vtriusque sexus, qui non fuerit habitator Iustinopolis conduxerit suum frumentum, vel bladum ad dicta Molendina causa molen- di, & ibidem applicuerit ante quam Ciuis, vel habitator Iustinopolis cum suo blado, Quod dictus Molendinarius si inceperit molere frumentum vel bladum dicti forensis, compleat molere frumentum, seu bladum vnius sachi, seu sommae vnius tantum ipsius forensis, & non ultra; Et post modum ipso completo, & macinato, talis Molendinarius, seu Molendinarij remota omni occasione, statim seruant, & satisfaciant ciuibus, vel habitatoribus Iustinopolis; Et contrafaciens Molinarius incidat ad poenam solidorum centum paruorum quoties contrafecerit; Et Rustici Communi- nis, & Hominum Iustinopolis, nec non Curtesani intelligantur, & habeantur pro habitatoribus Iustinopolis.

Quod Molendinarij & tabernarij non possint dare bladum nisi Conciibus.

Cap. VI.

ITEM statutum, & ordinatum est, quod omnes Molinarij vtriusque sexus, & tabernarius, siue aliqua nesunissima persona super Risano commorantes teneantur vendere, & dare bladum, & farinam Conciibus, & habitatoribus tantum, & non alicui forensi sub poena librarium decem paruorum communi componenda; De qua poena accusator ha- beat medietatem.

De non molendo bladum in die Sabbati post solis occasum.

Cap. VII.

ITEM quod aliquis Molendinarius non audeat molere aliquod bla- dum, vel permittere moli in die Sabbati ab occasu solis usque ad diem Dominicum sequentem ad occasum solis sub poena solidorum centum paruorum pro quolibet contrafaciente, & quoties contrafecerit, & accusa- tor habeat medietatem poenæ.

De non molendo bladum in festiuitatibus infra scriptis .
Cap. VIII.

ITem quod non liceat alicui Molinario , nec alicui pro ipsis molere, vel
permittere moli aliquod bladum in infra scriptis diebus festiuis; Videli-
cet in Natiuitate Domini; In Epiphania Domini; in Resurectione Domini;
In Ascensione Domini ; In Pentecoste ; in quolibet festo Beatae Virginis
Mariæ; In quolibet festo Apostolorum , & in festo Sancti Ioannis Baptistæ
sub pena solidorum centum paruorum; Medietas communis , & altera me-
dietas accusatori componenda , si per eius accusationem veritas agno-
scatur; Et quilibet possit accusare .

De fītū Molendinorum . Cap. IX.

STATUTUM,& ordinatum est quod omne Molendinum ædificatum super
territorium Communis , Iustinopolis soluat libras tres Communis , &
tantum Molaturæ accipiant, sicut antiquitus recipere tenebantur sub pena
mediae Marchæ communis componendæ .

De seruis, & Mercenarijs cunctibus ad aliena seruitia .
Cap. X.

MVlti enim solent serui,& mercenarij vtriusque sexus absque assensu,
& conscientia Dominorum suorum , opere fraudolenter eorum di-
missio,ad opus extraneum pretio , vel precibus malitiosè induci absconse-
intrare,& in vindemia presertim cum curribus eorum sibi tacite furtimque
præmia cumulare,nihil ex ijs suis Dominis commodantes; Vnde qui eos tā
fraudolenter induxit libras tres Communis componat, & totidem Domi-
no eorum,& solidos quadraginta manifestati; Et si componere nequiverit,
quod stet in berlina ad voluntatem Domini Potestatis ; Serui autem mer-
cede,quam meruerant,in dominis veniendo,priuentur ; Præterea si aliquis
seruus , vel Mercenarius absque verbo suorum Dominorum malitiosè ad
opus extraneum ire præsumpsit , in eadem poena teneatur tanquam ille
qui ipso inducit .

*Quod Mercenarij vtriusque sexus petant pretium suum illi cui seruierit infra
terminum constitutum .* Cap. XI.

STATUTUM,& ordinatum est,quod quilibet mercenarius vtriusque sexus ;
qui cum aliquo steterit aliquo tempore,& à Domino suo aut Domina
sua completo suo termino recedere voluerit , aut licentiatus fuerit pe-
tit pretium suum illi cui seruierit à die , qua recesserit a dicto domino
suo , vel domina usque ad duos menses : Quod si infra dictum tempus
non

non petierit, habeat sibi damnum, iurando dominus, siue domina soluisse, tali mercenario pretium, quod ab eo habere, vel percipere debuerit; Et si ante terminum ad quem stare debuerit cum tali domino, vel domina, talis mercenarius vtriusque sexus recesserit a domo talis dominæ, vel domini absque verbo, & licentia eorumdem; talis dominus, vel domina non teneatur in aliquo respondere tali Mercenario vtriusque sexus de pretio, quod ab eisdem habere, & recipere debuerit; Et hoc intelligatur tantum de illis, qui se obligauerunt stare sine carta ad standum cum aliquo; Et si per Instrumentum pœna aliqua apposita fuerit tali Mercenario vtriusque sexus, & contrafecerit, nihilominus incidat ad poenam in dicto Instrumento contentam.

De fideiubentibus pro Servis, & Mercenarijs.
Cap. XII.

Si quis per seruum, vel mercenarium alicuius fideiussor scienter extiterit, vel pro eo vllatenus stetit, ipse de suis bonis in quantum stetit, vt fideiussor exoluat, Pignus autem, & res domini reddantur, sciat, aut ne sciat.

Quod Tabernarius non audeat recipere pignus a Mercenario.
Cap. XIII.

NVllus tabernariorum, aut aliqua persona pignus, aut alias res a seruis, vel mercenarijs alicuius ciuis, quæ sint suorum dominorum, accipiat; Et si receperit sine tenore, domino sine aliquo pretio restituat; Et taberna Risani ad accienda pignora sit sub eadem condicione; Et si Dominus serui, vel mercenarij teneretur tunc in aliquo ipsi seruo, vel mercenario, quod soluere teneatur dicto Tabernario de eo, quod sibi teneretur pro mercede sua, iurando Dominus si dicto seruo, vel mercenario aliquid teneretut, nisi legitimè probauerit, alioquin Domino fides exhibeat.

De non subtrahendo Mercenarium.
Cap. XIV.

Qvicumque mercenarium, vel mercenariam alicuius, dum cum eo morari teneretur, subtraxerit, vel vlo modo subtrahi fecerit, libras sex Venetorum paruorum, medietatem communi, & medietatem Domino Mercenarij, vel Mercenariae omni occasione remota componat; Et si Dominus, vel Domina, cum quo, vel cum qua mercenarius, vel mercenaria morabatur, vel morari tenebatur quæsuerit subtrahendi, tunc qui subtraxerit, illum, vel illam expellere a se teneatur, & reddere Domino sub eadem poena.

De illis, qui ducunt familiarem, vel Mercenarium aliorum extra terram.

Cap. XV.

Q Vicumque duxerit aliquem virum, vel mulierem extra ciuitatem, quem sciuerit esse familiarem, vel mercenarium alicuius, poenam librarum decem Venetorum paruorum communi, & offenso componat communiter diuidendo.

De Personis Hominum non vendendis.

Cap. XVI.

Q Vemadmodum Statutum est in præsenti libro Communis Iustinopolis, ut nullus Christianus vendere debeat Christianum, & notarius aliquis indè sit ausus scribere instrumentum, vt ab hodierna die in antea nemo ciuium Iustinopolis, vel extraneorum in ciuitate Iustinopolis, vel eius districtu sit ausus emere aliquem Christianum, vel Christianam absque verbo, voluntate, & assensu Domini Potestatis, quì pro tempore erit in regimine ciuitatis Iustinopolis, vel notarius aliquis indè comprehendere Instrumentum in banno librarum centum paruorum componendarum communi, tam notario, qui scripsit instrumentum, quam emptori qui tam temere emere præsumpsit. Et si emptor ille estraneus, qui emerit non habeat vndè soluat, vel etiam Ciuis si fuerit, frustetur, & bulletur, & perpetuae infamia denotetur; Et nunquam extraneus ille sit ausus amplius intrare in ciuitatem Iustinopolis in poena amittendi omnia, quæ secum habuerit; Notarius vero perpetuae infamia denotetur, qui scripsit Instrumentum.

De non pignorando sine licentia Domini Potestatis.

Cap. XVII.

Q Vi sine Domini Potestatis licentia pignorauerit solidos quadraginta Communi, & pignora, & expensas meritò ipsius pignorationis factas restituat. Item statuimus quod nullus Conciuis nostrorum audeat facere aliquam pignorationem pro forensibus, vel cum eis ire ad pignorandum sine licentia Domini Potestatis sub poena librarum vigintiquinque paruorum communi, & restituat omnia, quæ haberet de ipsa pignoratione.

De Pignoribus accipiendis, & de ordine seruando in vendendo dicta pignora.

Cap. XVIII.

C Vm multæ fraudes særissimè occurant de pignoribus accipiendis per Comes stabiles, & alios officiales, & ad evitandum ne tales committantur

7

tantur, iussimus praesenti decreto ordinandum, quod omnia pignora mobilia accepta tam per sententias, quam aliter quomodocumque per Comestabiles, & officiales praedictos infra unum diem naturalem praedicti Comestabiles, & officiales ire teneantur ad Cancellariam Domini Potestatis, & Capitanei, & facere scribi in uno quaterno ad hoc deputato omnia pignora accepta, cuius sunt, pro quanto fuerunt accepta, & ad petitionem cuius accepta fuerint, ac vigore eius sententiæ, vel debiti, sub pena librarum decem paruorum a dicto Comestabili admittenda, & qualibet vice; Et infra quindecim dies post quam accepta fuerunt pignora, videlicet prima die Dominica post dictos quindecim dies teneantur dicti Comestabiles, & officiales vendi facere dicta pignora ad publicum incantum coram Domino Potestate, & Capitaneo, vel uno eius Iudice, & Cancellario praefati Domini Potestatis, & teneatur computus in dicto quaterno de dictis venditionibus, de quibus Comestabiles habeant paruulos sex pro libra, Cancellarius paruulos quatuor, & Praeco duos; Et si infra tempus dictorum quindecim dierum ille, cui acceptum fuerit aliquod pignus, exegerit illud, vel concors erit cum credtore suo, tunc Comestabiles, Cancellarius, & Praeco habeant medietatem. Videlicet Comestabiles paruulos tres, Cancellarius duos, & Praeco unum; Ita quod si dictus Praeco non incantuerit aliquod pignus, antequam exactum fuerit a debitore, tunc nihil habeat de pignore exacto ut supra.

Quod aliqua puella, vel mulier existens in potestate Patris, vel Matris non possit se maritare absque eorum licentia, vel sub cuius protectione extiterit. Cap. XIX.

Statum est quod si aliqua Puella, vel Mulier existens in protectione, & potestate patris, vel matris, vel fratri, vel alicuius eius propinquii (donec bona sua non cognoverit per divisionem, vel per praceptum Domini Potestatis) se maritauerit absque licentia patris, matris, fratri, vel alicuius, sub protectione cuius existit, vel adulterando ibit cum aliquo, amittat omnia sua bona, medietas quorum bonorum deueniat Communi, & reliqua deueniant Patri, Matri & fratri, & sorori, si predicta erit sub protectione ipsorum, & si non esset sub potestate ipsorum, sed esset sub protectione alterius sui propinquii, vel alicuius alterius personæ, tunc dicta reliqua deueniant Hospitali Sancti Nazarij de Iustinopoli; Et si puella habens annos quindecim, vel mulier se vellet maritare, & Pater, & Mater, & frater eius vel eius propinquus ille sub cuius protectione permanet, ei consentire nollet, ipsa puella teneatur ad Dominum Potestatem recurrere, & habita licentia cum consilio duorum, vel trium suorum propinquorum, quos Dominus Potestas constituet ad praedicta, possit se mantare, & talis maritatio habeat firmitatem.

STATUIMUS, & ordinamus, quod de cetero si quis tractauerit, vel matrimonium fecerit cum aliqua muliere, illud matrimonium fieri, & firmari debeat in praesentia propinquorum vtriusque partis, & de consensu, & voluntate ipsorum; Et quilibet, qui contrafecerit, & tale matrimonium occultè contraxerit cum occultis, & secretis testibus cadat in poenam librarum ducentarum communi; Et quilibet secretus testis cadat in poenam librarum quinquaginta communi; Et mulier, quæ tale matrimonium occultè contraxerit, & videbitur contraxisse, amittat, & amittere debeat omnia sua bona, quæ haberet à patre matre, fratribus, & sororibus, vel à quacumque alia persona quocumque modo, vel causa tempore contractus matrimonij antedicti; Medietas quorum bonorum deueniat communi, & alia medietas propinquioribus ipsius mulieris ex parte cuius bona ipsius mulieris fuerint.

*Quod aliqua diuisio, vel assignatio bonorum inter virum,
& vxorem non fiat.*

STATUIMUS, & ordinamus quod de cetero aliqua diuisio vel assignatio non debeat, nec possit aliquo modo fieri inter virum, & vxorem de bonis eorum nisi pro diuortio Ecclesiæ; Salvo si contigerit aliquem ipsorum conuersari ad iniicem non posse vlo modo, & hoc extiterit clarum, & manifestum Dominationi, tunc Dominatio compellat virum debere dare vxori, si per ipsam facta fuerit lamentatio coram Dominatione, pro vietu, & vestitu eam quantitatem maiorem, & minorem pro ut Dominationi videbitur conuenire iuxta negotij qualitatem, & conditionem iugalium eorumdem, remanendo vniuersa eorum bona ad vitilitatem propriam viri, donec vxor reuersa fuerit domum cum viro suo in concordia cum eodem.

De Plezarijs non fiendis pro forensibus:

AD euitandum scandala, quæ faciliter oriri possent pro plezarijs, quæ fiunt per ciues, & habitatores Iustinopolis nomine forensium, & aliorum circumstantium, prætenti decreto duximus statuendum, quod aliquis ciuis, & habitator Iustinopolis cuiuscumque conditionis existat, non audeat, nec præsumat constituere se plezum alicui iudeo, vel accipere pecuniam à iudeis nomine alicuius forensis sub poena medietatis illius quantitatis, de qua fuit plezus; Et si qua plezaria facta foret ab hodierna die

9

die in antea modo , & forma prædictis nullius sit valoris , cum sit contra-
ordinem prædictum .

*De Incendiarijs quod emendent damnum in duplum , quod euenerit incen-
dio . Cap. XXII.*

INcendiarij quoque graui lege puniri iubentur ; Verum quicumque in
suis , vel alienis possessionibus aliquo casu ignem imposuerit , hoc legi-
timè comperto , noxam , siue damnum , quod sic dederit restituere tenea-
tur patienti , & cadat in penam solidorum centum communi ; Item ad-
ditum fuit , quod talis incendiarius , siue incendiarij emendent damnum ,
quod euenerit incendio supradicto in duplum ; medietatem communi ,
& aliam medietatem parti patienti damnum .

Quod nemo audeat ire ad laborandum salinas aliò quam nostras .

Cap. XXIV.

ITEM statuimus , quod nullus salinarius Ciuis Iustinopolis , nec etiam
habitator Iustinopolis vtriusque sexus audeat , vel præsumat ire ad la-
borandum salinas aliò , præterquam de nostris salinis in pena librarum de-
cem communi componendarum pro vno quoque annuatim , ac etiam
non valendi laborare salinas nostras per quinque annos sublequentes sub
eadem pena . Et quilibet de hoc possit esse accusator , habendo dictus
Accusator tertiam partem dictæ condemnationis , & commune reliquas
duas partes , si rei veritas cognoscetur . Et quod Veneti non intelligantur
esse subiecti huic statuto .

*De Salinarijs non audentibus post solis occasum vsque ad solis ortum ire
per sua nec aliena laboreria . Cap. XXV.*

STATUIMUS , quod nemo salinarius vtriusque sexus vlo modo , vel inge-
nio audeat vel præsumat post solis occasum vsque ad solis ortum ire
per laboreria sua vel aliena nostri Districtus Iustinopolis sub pena solidorum
centum componendorum communi , & Accusatori ; Saluo tamen
quod si repertinentur facere , vel dare damnum in laborerijs nostri distri-
ctus , quod incident ad penam contentam in statuto disponente de illis qui
accusati fuerint a custodibus vinearum ; Excepto quod tempore vindemi-
iarum quilibet salinarius vtriusque sexus possit , & valeat ire per labore-
ria sua , & aliena omni tempore , si occasione vindemiandi iuerit , & clarè
notum fuerit Dominationi , quod iuerit tantum occasione vindemiandi ,
& vindemiare faciendi .

Item statuimus, & ordinamus, quod quandocumque aliquis concius noster vtriusque sexus coram Dominatione conquestus fuerit super aliquem habentem campum iuxta campum suum, vel terram, vel campos suos, foxatos aperiat, & ipsos faciat integere, ipsa Dominatio audita querela teneatur ipsa die illi vel illis, quibus querela imposita fuit, mandare ut suos faciat foxatos, & aperiat ut supra dictum est infra spatum quindecim dierum sub pena solidorum quadraginta communi componenda, & parti quoties contrafecerit; Et illud idem dicimus de foxatis salinarum; Et quilibet Salinarius vtriusque sexus a medio mensis Aprilis in antea tenetur intrare salinas suas, & suorum Dominorum ad laborandum sub pena librarium decem paruorum communi componenda.

Quod nullus Salinarius audeat extrahere salem de Salinis, nisi prius notificauerit Patronis, & Datiarijs. Cap. XXVII.

Statuimus, quod nullus Salinarius audeat extrahere extra salinas, quas laborauerit aliquam quantitatem salis, nisi prius notificauerit patrono, seu domino salinarum, & Datiarijs diem, qua voluerit extrahere talem salem; Nec Patronus, vel Dominus salinarum audeat modo aliquo extrahere salem ex suis salinis, nisi primo notificauerit salinario, & datario diem, qua extrahere voluerit talem salem. Et quod de cetero aliquis emptor vel qui habere, vel recipere debuerit aliquam quantitatem salis ex aliquibus salinis ab aliquo salinario, Patrono, vel datario, extrahere non possit aliquam quantitatem ipsius salis, nisi prius notificauerit salinario; Patrono, & Datiario; Et quilibet contrafaciens ad praedicta, & quodlibet praedictorum incidat ad penam solidorum centum paruorum pro quilibet vice qua contrafecerit, cuius penae medietas sit communis, & medietas accusatoris, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

Quod nemoreddat se excusat in omnibus angarijs Communis quamvis sit sub potestate Clerici. Cap. XXVIII.

Item statuimus, & ordinamus, quod nemo reddat se excusat in omnibus angarijs communis & actionibus faciendis, quoniam sit sub potestate alicuius clerici; Vnde sententialiter definitum est voluntate maioris, & minoris Consilij, ut omnis vtriusque sexus, qui de cetero extiterit sub potestate alicuius Clerici in omnibus actionibus, & factionibus ciuitatis Iustinopolis cum persona, & suis vniuersis bonis, sicut alij ciues ciuitatis praedictarum, exhibere, seu facere tenentur.

Quod illi qui venerint ad habitandum in Ciuitate Iustinopolis, & steterint per quinque annos sint franchi ab omnibus angarijs.

Cap. X X I X .

Q Via Ciuitates per populorum congregaciones ampliantur, & Regiones ibidem circumstantes ligonizantur, & ut Ciuitas Iustinopolis hominibus repleatur, & reparetur duximus statuendum; *Quod omnes Personæ venientes ad habitandum in ciuitate Iustinopolis cuiuscumque conditionis, & status existant sint absolutæ ab omnibus angarijs realibus, & personalibus, quæ steterint per quinque annos continuos, & completos;* Ita tamen quod illi, qui sic venerint ad habitandum, teneantur, & debeant facere se scribi in cancellaria per Cancellarium Domini Poteſtatis, & Capitanei in registro Cancellariae Communis, quod venerunt cauſa habitan- di in Ciuitate Iustinopolis; Transactis vero dictis quinque annis, & facta continua residentia, & conuicinania in dicta ciuitate Iustinopolis sint, & intelligantur ad conditionem aliorum Conciuium Iustinopolis. Declarando, quod quicumque natus fuerit in ciuitate Iustinopolis sit, & esse, debeat, & intelligatur perpetuò ciuis Iustinopolis.

Quod lac vendatur purum sine aqua. **Cap. X X X .**

I Em statuimus, & ordinamus, quod quælibet persona vtriusque sexus conducens lac ad vendendum in ciuitate Iustinopolis, ipsum lac conducere debeat tantum purum, & non mixtum aqua sub pena solidorum viginti pro qualibet contrafaciente, medietem communi, & aliam medicatatem accusatori, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De non conducendo Vinum forenſicum, vel vuas forenſicas ad facien- dum Vinum in Ciuitate Iustinopolis. **Cap. X X I .**

I Tem statuimus, & ordinamus, quod nullus homo terrigena vel forenſis vtriusque sexus audeat conducere in ciuitatem Iustinopolis per mare, vel per terram aliquod vinum Forinsecum, vel vuas forenſicas ad faciendum vinum præterquam de suo proprio redditi, & prouentu de suis proprijs vineis; Et qui contrafecerit perdat vinum, siue vuas conducas, & insuper libras vigintiquinque communi componat habendo accuſator medietatem vini, seu vuarum; Declarando, quod ille qui habet, vel habebit vineas, & poffeſſiones extra diſtriictum Iustiopolis antequam ad vindemiandum ire voluerit dictas vineas, seu poffeſſiones, prius petat li- centiam à Domino Poteſtate, antequam iuerit, vel ire voluerit ad vindemiandum dictas vineas vel poffeſſiones, & accipere debeat bulletinum à Cancellario Domini Poteſtatis dando ſibi ſolidos duos pro quolibet bulle- tinio; Et qui contrafecerit cadat ad penam libraru[m] vigintiquinque paruo- rum.

rum , & perdendi vinum , vel vias ; Et si fuerit accusator per quem veritas habeatur , habeat medietatem dicta penę , reliquam medietatem in commune proueniendo , & tenebitur de credentia .

De interdictis Potestati non manifestantibus . Cap. XXXII.

Qui sciuerit illa , quae sunt interdicta , extra ciuitatem vel eius confinium portari , & non manifestauerit Domino Potestati Iustinopolis bona fide citius quam poterit , & cum emptore , vel venditore , aut portatore aliquam in fraudem fecerit conuentionem , Marchas tres communi ipse componat , & plus , & minus arbitrio domini Potestati , & Capitanei Iustinopolis .

De portantibus bladum aliquod extra Ciuitatem . Cap. XXXIII.

Item quod nulla persona tam ciuis , quam forensis audeat portare bladum aliquod , vel vietualia extra ciuitatem Iustinopolis per terram , vel per mare sine licentia Domini Potestatis , sub pena perdendi bladum , vel vietualia , quae portarentur , non intelligendo Venetas . Et insuper perdere debeat animale , siue animalia si per terram portarentur , barcam , vel barcas , si per mare , cum quibus portarentur praedicta ; Et quod nullus rusticus , seu Curtisanus nostri districtus modo aliquo , causa vel inge- nio de cetero audeat , vel presumat portare , vel portari facere extra di- strictum Iustinopolis in aliquam partem ligna , vel fenum , seu aliqua vi- etualia sub pena solidorum centum parvorum , cuius penę medietas sit communis , & medietas accusatoris per quem Veritas cognoscetur . Hoc tamen si fecerit sine licentia Dominationis .

De Rebus non emendis nisi in platea Communis . Cap. XXIV.

Quoniam iustum , & debitum esse videtur , quod Praesules populis eis subiectis in eorum utilitatem , & bonum debeat subuenire , vt mi- nores valeant cum maioribus substentari , & debitum est omnibus taliter prouidere , quod ciues de rebus , & mercionijs in hanc ciuitatem ap- portatis pro eorum vietu fulciantur , ne in posterum in duplo illis accipiat- tur pecunia cum maximis sudoribus perlucrata ; Id circa praefatus Domi- nus Potestas , & Capitaneus Iustinopolis attendens , & vigilans ad omne bonum commune volens pauperibus subuenire , & quod possint se fulci- re de rebus eis necessarijs facit publicè proclamati ; Quod aliqua persona cuiuscumque conditionis existat , tam tertigena quam forensis , vel ali- quis pro eis non audeat , vel presumat emere , vel praticare , aut loqui causa emendi frumentum , farinam , vel aliqua alia vietualia , nec ferrum , lignamen , caseum salitum , carnes porcinas salitas , nec aliqua alia mer- cimonia

cimonia, vel Mercantiam causa reuendendi illam, nisi in platea communis Iustinopolis per horas quatuor, postquam dictæ res fuerint portatae in dicta platea sub pena librarum quinque parvorum, & perdendi res emptas, vel valorem ipsarum; Et si accusator fuerit per quem veritas habeatur habeat medietatem penæ, & teneatur de credentialia, & reliqua medietas sit Communis Iustinopolis; Et prædicta intelligantur de rebus portatis de extra ciuitatem Iustinopolis; Declarando, quod si aliqui, vel aliquis emeret de supradictis rebus causa reuendendi teneantur, & debeant in illo die in quo emerint, vel emerit de dictis rebus sic apportatis de extra dare cui libet terrigenæ pro præcio empto illam quantitatem, quam voluerit pro vsu domus suæ, & non aliter sub pena librarum vigintiquinque pro qualibet contrafaciente, & qualibet vice, de qua pena medietas sit communis, & reliqua medietas sit accusatoris, per quem veritas habeatur, & teneatur de credentialia; Et elapsa dicta die dictus emptor ad prædicta non teneatur, non intelligendo in hoc de Musselatis, & alijs mercatoribus vendentibus ad pondus stateræ, sine ad pesum communis, qui possint vendere statim, cum venerint, ad dictum pondus; Et etiam emptores possint emere à dictis Musselatis, & mercatoribus non obstante termino quatuor horarum prædictarum; Nihilominus quod emptores sint adstricti dare per illam diem terrigenæ volenti pro vsu suo, & domus suæ, & non aliter ut supradictum est.

Quod non possint emi gallinæ, Caponni, Pulli, Phasiani causa reuendendi nisi post tertias. Cap. XXV.

ITem statuimus, & ordinamus quod aliqua persona tam terrigena, quam forensis, & cuiuscumque conditionis existat non audeat, nec præsumat emere, vel emi facere sine licentia Domini Potestatis & Capi- tanei Iustinopolis gallinas, capones, pullos Phasianos, Perdices, lepores, capretos, agnos, ova, caseum recentem, recoctas, lac, & fructus causa reuendendi, nisi post tertias, in plateis communis Iustinopolis; Et si prædicta venerunt post tertias super dictas plateas, stare debeant per duas horas super dictas plateas, ut ciues volentes emere pro vsu domus suæ possint emere Sub pena perdendi ea, quæ emerit, vel valorem ipsarum, & si fuerit accusator, per quem veritas habeatur, habeat medietatem penæ, & alia medietas sit communis, & teneatur de credentialia; Et prædicta intelligantur de rebus conductis de extra ciuitatem Iustinopolis; Declarando, quod ciues ex illis rebus prædictis possint pro vsu domus suæ, & non alibi, emere, super plateis, & non alibi, quacumque hora voluerint.

De extirpantibus viam publicam, vel Consortum. Cap. XXXVI.

Q Vicumque viam publicam, vel consortum communem intus, vel extra ciuitatem extirpabit, foderit, vel laborabit, aut plus strictam faciet, quam debetur, quinque libras Venetorum communi componat, damnum datum aduersis partibus restaurando, & in statu pristino remanente, nisi verbum habuerit à Prætore.

De portantibus, seu tendentibus Coria in Broilo. Cap. XXXVII.

I Tem statuimus, quod nemo audeat portare, seu tendere pelles a coria in Broilo sub pena solidorum quadraginta, medietatem communis, & aliam medietatem accusatori; Nec etiam audeat tendere alibi nisi sub muro Ciuitatis sub pena prædicta.

De mittentibus denarios, vel alias res per aliquem.

Cap. XXXVIII.

I Tem statuimus, & ordinamus, quod si aliquis mitteret denarios, vel alias res alicui per aliquem, teneatur infra tertiam diem dare, & præsentare illi cui mittetur sub pena dupli.

De intromittentibus, vel usurpatibus de territorio Communis.

Cap. XXXIX.

STATUIMUS, & ORDINAMUS, ut quicumque intromiserit vel usurpauerit de territorio communis, siue de silva, siue de campis, seu de pratis, & infra quindecim dies non dixerit Potestati, pena librarium vigintiquinque parvorum condemnetur communis; Et si non erit soluendo subiciatur banno communis, donec soluerit dictam penam, & intromissionem amittat; Et de cetero non sit ausus intromittere sub pena præfata sine licentia Domini Potestatis in aliquo loco de territorio Communis.

De alienatione territorij Communis & aliorum Dominorum sine licentia non valenda. Cap. XXXX.

I TEM VLLAM possessionum Communis alienationem decernimus non valere sine Domini Potestatis permissione vel aliorum Dominorum, quibus aliquo modo respondent; Et si Dominus proprietatis voluerit recuperare infra mensem postquam sciverit, recuperet per tantumdem, quod vendidit.

De ludentibus ad ludum taxillorum & eorum pēnis : Cap. XLI.

STATUIMUS, & ordinamus quod nullus teneat ludum taxillorum nec ad ludum taxillorum ludi permittat in domo sua, vel taberna sub pena librarum trium paruorum pro quolibet contrafaciente, & plus, & minus ad voluntatem Domini Potestatis; Et ille, qui ludet in quo cumque loco Civitatis perdat libras tres tam ciuis, quam forensis, tam stipendiarius peditum, quam equitum; De quibus penas accusator habeat tertiam partem, & tenebitur de credentia; Et omnes accommodantes ludentibus, vel qui supra ludum starent, qui non accusarent ludentes, teneantur ad dictam penam.

De procientibus aquam mundam vel immundam, vel sterlus super aliam stratam. Cap. XLII.

ITEM statuimus, quod nullus terrierius, vel forensis audeat proicere aquam mundam, vel immundam, vel aliquod sterlus, siue immuniditiam super aliquam stratam communis ab alto, vel fusolum balchonum aut fenestras sub pena solidorum quadraginta paruorum pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, & plus, vel minus ad voluntatem Domini Potestatis secundum qualitatem iniuriæ. Et unusquisque tam terrierius, quam forensis sit accusator per sacramentum, & habeat medietatem penæ, & tenebitur de credentia.

De non proiendo letamen aut aliquid sordidum in vijs publicis. Cap. XLIII.

ITEM ordinamus, ordinandoque statuimus, quod nulla persona terrena, vel forensis proiciat letamen, aut aliud sordidum in vijs publicis, aut quicumque illud letamen, aut sordidum posuerunt, teneantur illud remoueri facere, aut remouere infra octo dies; Et hoc totum sub pena librarum duarum pro qualibet vice, & quilibet sit accusator, & habeat medietatem penæ, & tenebitur de credentia.

Quod omnes Fusoli Iustinopolis, tam qui sunt super vias publicas quam alibi habentes cursum ad vias publicas, tam ab alto quam ab infimo, seu à basso aptentur vel stroppentur. Cap. XLIV.

STATUIMUS, & ordinamus quod omnes fusoli Iustinopolis tam qui sunt super vias publicas, quam alibi habentes cursum ad vias publicas tam ab alto, quam ab infimo, seu à basso aptentur vel stroppentur taliter quod non habeant cursum ad vias publicas hinc ad unum mensem proximum sub pena solidorum centum, medietas componenda communi, & alia medietas

medietas accusatori , & tamen stroppare vel aptare teneantur ; Et insuper quod nemo habitans Iustinopoli vtriusque sexus audeat proicere letamen , nec aliquam immunditiam apud Ecclesiam maiorem Sanctæ Mariæ , & Cimiterium dictæ Ecclesiæ , nec ibidem tenere aliquos currus , seu lignamen sub pena prædicta .

*De Furnarijs non audentibus recipere solutionem nisi modo infrascripto ,
et quod teneantur tenere Furnos bene præparatos .*

Cap. XLV .

STATUTUM EST , quod omnes habentes furnos in ciuitate Iustinopolis ipsos furnos teneantur retinere bene præparatos , taliter quod possint , & debeant eos si necesse fuerit , quotidie operari , & vnicuique petenti bonum , & legale seruitum facere , & nemini inhibere sub pena librarium decem paruorum , & plus , & minus ad voluntatem Domini Potestatis , componendarum , medietatem communi , & medietatem accusatori per quem veritas cognoscetur , non valendo recipere pro solutione sua plus uno pane pro viginti panibus , & ab inde infra , & supra pro rata sub dicta pena , & insuper non valendo exercere ipsos furnos per quinque annos subsequentes ; Quam solutionem furnarij accipere debeant solummodo in domo patronorum , quibus coquitur panis , & non alibi sub dicta pena , habendo quilibet calefaciens furnum licentiam tenendi tria animalia pro conducendis fraschis ad tales furnum . Et quod Iustitiarij communis , debeant deinceps bis in mense inquirere , si tam furnarij , quam Patroni contrafacent in aliquibus prædictorum , sacramento eis præstito , habendo dicti Iustitiarij pro dicta inquisitione , & labore suo solidos centum paruorum pro quolibet in quatuor mensibus sui officij .

*Quod aliquis deinceps non audeat tenere porcos in Ciuitate Iustinopolis
præter in stia seu in domo clausos . Cap. XLVII.*

ITEM statutum , & ordinatum est quod aliquis vtriusque sexus modo aliquo , vel ingenio deinceps non audeat tenere porcos in ciuitate Iustinopolis , præter in stia , seu in domo clausos sub pena solidorum centum paruorum pro quolibet contrafaciente , & quoties fuerit contrafactum ; Et quod nemo possit modo aliquo tenere porcas paruas , vel magnas in ciuitate Iustinopolis sub pena librarium octo paruorum pro quolibet contrafaciente ; De quibus vero penes medietas sit communis , & alia medietas accusatoris ; Et quilibet possit interficere tales porcos , & porcas , & Patronus eorum , vel earum habeat sibi damnum ; Et quod omni muta officialium proclamari debeat dictum statutum in platea ad gradile Campanilis .

De Bubulchis, qui tenentur tenere timones curruum in suis manibus.

Cap. XLVII.

ITem statuimus, & ordinamus quod quilibet bubulchus, qui cum suis iobus, & curru, vel alienis venerit Iustinopolim tempore vindemiæ onerato vel non onerato, postquam venerit ad pontem Trauolchi teneatur tenere timonem currus cum manibus usque ad locum, ubi voluerit exonerare, aut vendere quod super ipsum habuit, in pena solidorum viginti pro uno quolibet contrafaciente, & quilibet possit esse accusator, & habeat medietatem penæ si per ipsius accusationem veritas cognoscetur; Et illud idem dicimus in reditu ipsorum usque ad dictum locum Trauolchi Canzani in pena prædicta.



Incipit Liber Secundus Statutorum

CIVITATIS IVSTINOPOLIS.

De Questionibus immobilium rerum. Cap. I.

STATUTUM est, quod quotiescumque interfuerit quæstio inter aliquos de aliqua possessione coram Dominatione Primo per Dominationem locetur spatum possidenti respondere petenti de ipsa possessione ut Domino Potestati videbitur; Secundo locetur terminus ad videndum dictam possessionem; Tertio locetur terminus post monstratum. Quarto locetur terminus possessori ad conducendum varentem seu varentes de ipsa possessione, si possessori habuerit, vel conducere voluerit, & si conducteret varentem locetur tunc terminus varenti ad videndum dictas possessiones, si varentare voluerit, aut non; Et si varentabit, locetur tunc terminus varenti post varenticum; Et si dictus varens conducere etiam voluerit varentem, locetur sibi terminus ad comparandum cum dicto suo varente, & ita per ordinem usque ad ultimos varentes, si monstrare potuerint habere varentes per cartam; Et sine carta non licet alicui producere varentem in iure; Et producto varente, siue varentibus, quos conducere voluerit, locetur tunc terminus utriusque parti ad producendum omnia sua iura; Et si possessor rei conductere noluerit varentem, aut non haberet, tunc locetur terminus quindecim dierum utriusque parti promeliori utriusque partis habitu spatio post monstratum ad producendum omnia iura sua; Et si aliqua partium non comparuerit iuri, in primo spatio componat solidos viginti communi, & pars illa quæ non fuerit ad terminum ad videndum ipsam possessionem componat solidos quadraginta, communi viginti, & viginti parti obedienti; Expestanto pars partem super dictam possessionem per horam debitam, & condignam, monstrando per testes sic fecisse; Et omnis terminus, siue spatum assignari debeat partibus praesentibus, & si aliter scriptum fuerit non audiatur in iure; In quibus vero spatijs, & terminis denotatis utraque pars comparere debeat; Et aliqua partium habitu spatio post monstratum, in illo spatio post monstratum, vel in quolibet alio securuo usque ad finem litis, & vocata fuerit ter per præconem communis ad dictum terminum comparere, tam reus, quam actor, qui non comparuerit in dicto termino antequam Dominatio à stanga recebat, ille qui non comparuerit incidat ad penam libratum quatuor parvorum medietas communi, & medietas parti comparenti; Et postquam ille talis, qui inciderit ad dictam penam comparuerit ad citationem sibi postmodum factam procedatur ab inde in antea in tali causa usque ad finem litis; Si ve-

ro ille qui non comparuerit ad spatium post monstratum , vel ad quemlibet & alium terminum securum , propter quod iam inciderit ad dictam p̄nam , ad huc non comparuerit , c̄tetur statim ab alia parte comparente , si vero non comparuerit , vt debebat , postmodum de praecepto Dominationis inquiratur per praecōnem communis ad petitionem alterius partis per ciuitatem per tres dies , & si talis pars requisita inuenta non fuerit , facta relatio ne de hoc Domino Potestari per Praecōnem communis tunc Dominus Potestas proclamari faciet absentem partem in platea communis ad gradus campanilis per praecōnem communis , quod comparere debeat coram Domino Potestate ad procedendum in causa sua cum altera parte usque ad terminum viginti dierum tunc proxime ventorum hora causarum , qua si non comparuerit postmodum dicta pars absens omni suo iure priuetur , & id de quo erat questio inter eos tunc statim adiudicetur alteri parti comparenti non obstante contumacia alterius partis , salvo iure omnium aliarum personarum , & condemnetur reus secundum formam statuti loquentis de intromittentibus aliorum bona ; Et iudicata possessione Actori per Dominum Potestatem teneatur Dominus Potestas dare regresum illi , qui amiserit possessionem super bonis , & in bonis dicti sui varentis secundum formam sui instrumenti , quandocumque spoliato fuerit requisitus ; Et si aliquis produceret varentem , vel varentes de aliqua possessione , & varentes comparuerint , & noluerint varentare , vel obtinere non potuerit varentationem , ordinatum est deinceps , quod tunc antequam procedatur ultra in tali causa primo cognoscatur per dominum Potestatem , utrum talis varens nolens varentare , teneatur varentare , vel non , & si cognitum fuerit ipsum varentare rationabiliter debuisse , & recusauerit , quia contra ius curiam fatiguit talis varens incidat ad p̄nam solidorum quinque grossorum , medietas communi , & medietas parti , cui debuerit guarentare , & soluat omnes expensas factas à die recusationis talis varentationis usque ad diem , qua cognitum fuerit ipsum debuisse varentare ; Et postmodum ab inde in antea teneatur varentare , & procedatur in causa , incidendo tamen ultra dictam p̄nam dictus varens ad p̄nam dupli possessionis , si amiserit placitum secundum formam Instrumenti ; Si cognitum vero fuerit talem personam non debuisse guarentare , tunc pars , que eum requisuerit , soluat tali persona omnes expensas per eum factas occasione talis requisitionis sibi factæ in continentib⁹ sub pena dupli .

Quod nullus Maritus possit respondere in iure sine legitima procuratione vxoris . Cap. II.

STATUIMUS quod nullus maritus possit deinceps modo aliquo obligare se ad respondendum in iure de aliqua questione rei immobilis seu possessionis pro vxore sua , cum qua fuerit ut frater , & soror sine legitima procuratione vxoris , quod si fecerit non audiatur in iure .

Quod vxor alicuius non audeat se obligare. Cap. III.

I Tem non licet alicui habenti virum se obligare in aliquo debito , nec alienare , seu vendere aliquo modo de suis bonis per cartam vel sine carta fine licentia Viri .

De petitionibus mobilium rerum , & quod actor teneatur procedere quandocumque à reo fuerit requisitus . Cap. IV.

STATUTUM , & ordinatum est , quod quandocumque facta fuerit aliqua quaestio sive petitio alicui , vel aliquibus de rebus mobilibus , vel immobilibus coram domino Potestate , vtraque pars possit uti iure suo , & procedere in causa sub regimine illius Potestatis , sub quo quaestio erit , aut facta , vel mota fuerit , & exprimato dicto regimine , & non definita quaestione praedicta tam de re mobili , quam immobili liceat ipsis partibus in sequenti regimine ut liberè iuribus suis ; Et actor qui quaestionem , vel petitionem de rebus mobilibus , vel immobilibus fecerit alicui personæ , & huiusmodi quaestio in illo regimine , in quo mota , vel facta erit , non fuerit definita , teneatur , & debeat procedere in lite , seu causa ad petitionem Rei , seu alterius partis in sequenti regimine , vel alio quolibet tempore secuturo , licet inuitus foret , quandocumque à reo , seu ab altera parte fuerit requisitus usque ad finem huiusmodis litis , & causæ .

De non faciendo obligare ullum ciuem Iustinopolis , quod non possit se de suis questionibus concordare . Cap. V.

STATUIMUS , & ordinamus quod non licet alicui facere obligare ullum ciuem Iustinopolis , quod ipse non possit se concordare de omnibus suis questionibus sub pena dupli contenti in ipsa obligatione ; Et si super hoc factum fuerit de cetero instrumentum , sit cassum , vanum , & nullius valoris .

De testibus recipiendis , & examinandis . Cap. VI.

QVOTIES fit quaestio immobilium rerum inter aliquos , testes utriusque partis recipientur , & examinentur attente , & secundum dicta illorum , qui magis idonei fuerint , & utilius dixerint , iudicetur ; Et quilibet habens quaestionem tam rerum mobilium , quam immobilium tam reus , quam actor possit dare domino potestati in scriptis interrogatoria , & testes interrogentur , & examinentur super quolibet interrogatorio .

De Testibus producendis . Cap. VII.

ITEM statutum , & ordinatum est , quod quilibet testis qui ab aliquo productus fuerit testificatus super aliqua re immobilis , primo quam testificetur , ire debeat cum vtraque parte

parte ad videndum rem, seu possessionem, super qua, aut de qua testificatus erit; Et ea visa, & circumspecta vndique, postmodum veniat, & testimonium perhibeat veritati, habendo grossos duos parvorum ab illo, à quo productus fuerit in die, quo iuerit extra ciuitatem ad videndum aliquod de praedictis, & si aliquis praedictorum testium de testificationibus in fraude fuerit repertus componat libras sexaginta communi, & si non haberet unde soluere puniatur in persona secundum voluntatem, & arbitrium domini Potestatis; Et tam si soluerit dictam condemnationem, quam si puniretur in persona, denotetur infamis.

De testibus per rigorem Domini Potestatis cogendis. Cap. VIII.

TEstes autem, qui super aliqua lite fuerint nominati, & se villo modo subtraxerint ad perhibendum testimonium veritati, per rigorem potestatis compellantur, quousque per eos veritas cognoscetur; Et contra defunctos nulla probatio testium accipiatur pro aliquo debito.

Item de Eodem. Cap. VIIII.

QVICUMQUE testes introduxerit in aliqua causa, siue placito, testi vnicuique dare teneatur, antequam testificetur testis solidos quatuor pro expensis in quolibet die, in quo venerit, & testificatus steterit. Et ille, qui cadet à causa obtinenti restituere teneatur expensas pro testibus legitimè factas; Et hoc intelligatur de possessionibus in ciuitate Iustinopolis tantum.

De admittenda probantibus probatione. Cap. X.

CVM per rerum naturam ius, vel factum negantis nulla sit directa probatio; Sancitur, vt in cunctis ciuilibus causis non negantis, sed probantis debeat probatio præualere.

De recurrido ad Possessorem. Cap. XI.

EST autem lucide manifestum, quod semper secundum iuris regulam ad possessorem est recurrentum; Ob hoc igitur si quis intus, vel extra ciuitatem decedens bona sua alicui committerit, & commissarius eius, vel qui ea habuerit post interdictum Potestatis à se alienauerit, teneatur ipse de bonis suis non solum creditoribus, quibus defuncti bona obligata fuerint, verum etiam iuste petentibus secundum quantitatem bonorum dicti mortui, de quibus se intromiserit, satisfaciendo respondere.

*De negantibus, & testificationibus non valitinis à quinquaginta libris
supra. Cap. XII.*

STATUIMUS, & ordinamus, quod qui in causa mobilium rerum cuiuslibet materie mutuatarum, vel depositarum sine carta fuerit conuinctus ab accusatore, si reus negauerit, & probatum fuerit, soluere teneatur in duplum, cuius dupli medietas sit communis, & alia medietas creditoris; Et de debito pecuniae mutuatæ vel depositorum nulla testificatio valeat à quinquaginta libris paruorum supra, nisi fuerit per publicum Instrumentum; Et qui negauerit tale debitum pecuniae mutuatum, vel depositatum à quinquaginta libris paruorum inferius, & ei probatum fuerit, teneatur soluere in duplum, ut supra; Et talis probatio fiat saltem per duos idoneos testes vocatos, siue rogatos à partibus, & omnis petitio tam mutui, quam depositi, seu cuiuslibet rei mobilis venditæ debeat fieri infra tres annos à die mutationis, & depositionis, seu venditionis factæ de prædictis; Et ab inde in antea pro tali petitione neganti detur Sacramentum; Et nulla probatio testimoniij de prædictis mutuo, vel deposito valeat contra defunctos; Intelligendo, quod hæc locum habeant in ciuibus, & habitatoribus Iustinopolis, & districtus; In alijs autem forensibus remaneat in libertate Domini Potestatis, & Capitanei accipiendi, & non accipiendi testes, super inde sententiandi, & terminandi pro vi sibi, & suæ bona conscientiæ videbitur iustum conueniens, & honestum.

*Quod Datarij completo vno anno post finem eorum Datiiorum debeant exi-
gere eorum Datia. Cap. XIII.*

ITEM præsenti decreto duximus statuendum, quod Datarij complectis eorum datijs possint, & teneantur infra vnum annum exigere recuperare, & habere à suis debitoribus omne id, & quod ab ipsis habere debuerint pro ratione datoriū suorum, & transacto anno post complementum suorum datoriū non audiantur, nec eis fiat aliquod Ius, Dumtaxat quod debitores iurent per Sacramentum ipsis Datarijs integrè persoluisse.

De Aduenis ab intestato defunctis. Cap. XIV.

SI quem Aduenarum, vel extraneorum utriusque sexus huius Ciuitatis conciuim, aut habitatorum fortè contigerit siue testamento & absque liberis hæredibus, vel propinquis decedere; Sanctum est, & institutum in bonis eorum commune Venetiarum succedere, quoniam Ciuitas suorum mater est ciuium, & habitatorum, & protectio generalis.

De intromittentibus bona alicuius ab intestato defuncti.

Cap. X V.

Si quis bona alicuius extra Ciuitatem Iustinopolis ab intestato defuncti intromiserit infra vnum mensem à die , qua primo intrauerit Iustinopolim , illa bona sine fraude per Sacramentum Potestati præsentet , & refutet recepta tamen ab eo securitate ; Quo factō secundum quantitatem ipsius hauere Commune ei præstabat quartum rei Regimini præsentatæ . Si verò hauere intromissum memorati defuncti secundum ordinem præniissimum Potestati præsentare contempserit , ac refutare , emendare totum debeat in duplum succendentibus in bonis dicti defuncti ; Et Potestas teneatur bona ei taliter præsentata ad gradus Campanilis proclamari facere ; Quod si aliquis habet ius in dictis bonis veniat coram eo infra octo dies , & secundum formam iuris dari faciat bona prædicta illis , qui de iure debent succedere in dictis bonis .

De ab intestato Defunctis . Cap. XVI.

Si quis ab intestato decesserit liberis extantibus , & nepotibus utriusque , sexus similiter extantibus , & ex eis legitimè descendantibus , filij in capite , & nepotes in stipite ipsius defuncti , & descendentes ex eis succedant in illam portionem bonorum , in quam eorum Pater vel Mater , succederet , si viueret . Et si decesserit ab intestato liberis non extantibus , vel ab eis legitimè descendantibus , ut supra , bona ipsius defuncti , quæ sibi processissent ex parte Patris , & acquisita deueniant Patri ; Quæ vero processissent sibi ex parte Matris deueniant Matri ; Et si matrem non haberet , bona , quæ talis defunctus habuisset ex parte Matri , deueniant fratribus , & sororibus illius defuncti , si eos habuerit , & filijs , & filiabus fratris , vel sororis mortui , vel mortuæ dicti defuncti , qui fuerint ex illa matre ; Silicet fratribus . & sororibus in capite , & filijs , & filiabus fratris , & sororis ut supra in illa parte , quæ deueniret eorum Patri , vel Matri , si viueret ; Et si non haberet fratres , vel sorores , filios , aut filias fratris , vel sororis ex illa matre , ut supra , medietas bonorum predictorum , quæ sibi processissent ex illa matre , deueniat Patri ipsius defuncti , si viueret , & alia medietas deueniat propinquiori , vel propinquioribus ex parte Matris ipsius defuncti ; Et si Patrem non haberet , tunc prædicta omnia bona , quæ ip'se defunctus habuisset ex parte matris , deueniant propinquiori , vel propinquioribus eiusdem defuncti ex parte matris ; Et si matrem habuerit , & non Patrem , bona omnia , quæ talis defunctus habuisset ex parte matris cum medietate acquisitorum deueniant Matri ; Bona vero , quæ sibi processissent ex parte Patris , cum medietate acquisitorum deueniant fratribus , & sororibus , filijs , & filiabus fratris , vel sororis mortui , vel mortuæ talis defuncti , qui fuerint ex illo Patre ; Videlicet fratribus , & sororibus in capite , & filijs , & filiabus fratris , & sororis ut supra in illa parte , quæ deueniret eorum Patri , & Matri si viueret . Et si non haberet fratres ,

Vel sorores , filios , vel filias fratriis , vel sororis ex parte Patris , ut supra , Bona prædicta quæ sibi processissent ex illo Patre cum medietate acquisitorum , ut dictum est , deueniant propinquiori , vel propinquoribus illius defuncti ex parte Patris ; Et si talis defunctus non haberet liberos , nec ab eo legitimè descendentes , nec Parentes , nec fratres , nec sorores , nec ab eis descendentes , tunc omnia bona quæ talis defunctus habuisset ex latere Patris , & acquisita deueniant propinquiori , vel propinquoribus illius defuncti ex parte Patris ; Et si careret propinquus ex parte patris , tunc omnia prædicta bona deuenient propinquiori , vel propinquoribus ipsius defuncti ex parte Matriis ; Et è conuersio bona omnia , quæ dictus defunctus habuisset à latere matris deueniant propinquori , vel propinquoribus illius defuncti ex parte Matriis ; Et si careret propinquus ex parte Matriis , tunc omnia prædicta bona deueniant propinquori vel propinquoribus dicti defuncti ex parte Patris ; Et definimus , & declaramus , quod vbi superius continetur bona ex parte Patris , ibi intelligantur , & habeantur bona omnia quocumque modo processa data , legata , peruenta tali defuncto tam ex Patre , quam ex quolibet propinquo quo quis ex latere Patris ; Et similiter vbi continetur bona ex parte Matriis ibi intelligantur , & habeantur bona omnia quocumque modo processa , data , legata , & peruenta tali defuncto tam ex matre , quam ex quolibet propinquo ex quo quis latere matris ; Acquisita vero in hoc casu intelligantur , & habeantur vniuersa bona , quæ dictus defunctus habuisset tempore mortis ; Quoniam sic ex consuetudine haec tenus est obseruatum .

Item de Eodem. Cap. XVII.

PRÆTEREA si quis deceperit ab intestato liberis extantibus vtriusque sexus . quibusdam doratis in domo , vel extra domum , & quibusdam non dotatis , si ille , vel illa voluerit petere partem de bonis parentum ipsius , omnes dotes suas , quas habuerint ex illo Patre , vel matre , vel valorem ipsarum cum integritate iuxta bona Patris , vel Matriis talis defuncti , in domum ad partendum cum alijs fratribus & sororibus suis conducere teneatur ; Et similiter ita intelligatur , si nepotes descendentes ab aliquo filio , vel filia dotato , vel dotata dicti talis defuncti voluerint succederé de bonis dicti talis defuncti , teneantur conducere dotem dicti Patris , vel Matriis eius , seu illius maioris , pro quo succedunt in talibus bonis dotatis , pro quo maiori petere potuissent dictam partem , ad partendum cum alijs ut supra ; Petendo dicti tales , qui voluerint petere talem successionem , infra duos menses tunc proximè venturos si fuerint Iustinopoli , vel à Venetijs citra ; Et si fuerint ultra partes Venetiarum debeant infra medium annum post decessum Patris , vel Matriis partem petere supradictam ; Alioquin transactis ipsis terminis nullam partem valeant petere de prædictis .

De intromittentibus bona alicuius Defuncti extra Ciuitatem.

Cap. XVIII.

Verum est, quod à Domino non opus, sed voluntas consideratur; Ideò si quis nostrorum concium extra ciuitatem motientium, ex eorum dispositione bona sua intromiserit, & fuerit clare factum, licet ea in cōducendo perdiderit, ipsa tamen restituere non teneatur; Verum si fuerit de fraude culpatus, se suo Sacramento expurget, nisi esset contra probatum.

De ædificantibus in alieno solo.

Cap. XIX.

CVM ex regula iuris, omne quod in alieno solo ædificatur, soli Domino cedit. Sancitum est igitur, quod nemo proprium damnum vitans in alieno solo in Ciuitate Iustinopolis ædificet, vel aliud solum, aut rem intromittat sub poena perdendi totum illud, quod ædificauerit, vel intromittet, in eum veniendo, qui probauerit, & monstrauerit idem solum, vel rem esse suam, & quadraginta solidos domino rei, & quadraginta communis componat, nullam etiam sibi tali tenuta prerogatiā præstante; Item statutum est, quod qui hactenus intromisit, & de coetero intromittet sine sententia Dominationis extra ciuitatem de territorio aliorum à media pluina supra componat libras sexdecim paruorum, medietatem communis, & aliam medietatem Domino rei intromissa. Et à media pluina infra componat libras paruorum quatuor, habendo medietatem Dominus rei, & commune alteram medietatem, & amittat possessionem taliter intromissam cum omnibus, quae in ipsa plantata, seu ædificata fuerint, deueniendo in Dominum, cui possesso adiudicata fuerit; Salvo, quod si quis emisset aliquam possessionem ab aliquo debitore alicuius, que esset tempore venditionis dicti venditoris, & non alterius personæ, & dictus emptor conuinctus foret in iure de illa possessione à creditoribus, vel à creditore illius, qui vendiderit illam possessionem. Dicimus illum emptorem non posse conuinci de dicta possessione, nisi in tantum quantum vendita fuisset dicta possessio; Salvo tamen si dicta possessio videretur fore vendita minori pretio, quo valuerit tunc quando vendita fuisset, quod Dominatio teneatur eam æstimari facere tunc, quantum valuerit tempore venditionis, & teneatur tunc talis emptor semel conuinctus, ut prædictitur respondere creditoribus secundum æstimationem factam dictæ possessionis, vel possessionem dimittat ipsis creditoribus, quibus creditoribus sufficiat tantum ostendere bona, seu possessiones venditas, seu alienatas per suos debitores fuisse dictorum suorum debitorum tenore instrumentorum venditionis, vel alienationis ipsarum sine productione aliquorum testium; Item quod ille, qui sic semel conuinctus fuerit de aliqua possessione ab aliquo creditore illius, cuius fuerit dicta possessio, non possit plus conuinci de coetero, si fuerit conuinctus in tantum quantum fuerit vendita, seu æsti-

æstimata fuerit eadem possessio vt supra, & vt supra continetur. Saluo, quod si quis emisset, & ibi intelligatur, quod si quis hactenus, seu hinc retro emis-
set, & deinceps emet aliquam possessionem.

De Interdicentibus ædificare alicui parato. Cap. XX.

I Tem si quis ex sua, vel Praetoris auctoritate alicui parato ædificare in suo proprio solo, aut pastinare fecerit interdici, & ipse post interdictum ab operibus inceptis desisterit, & in iure postmodum se legitimè ibidem ædificare, & pastinare probauerit, totum damnum, & expensas suo Sacramento clarè factas, quas ob hoc incurrit ipse interdictus, sibi talis interdicens restituere teneatur, & solidos quadraginta communi componat.

Qualiter tempus præscribitur. Cap. XXI.

STATUTUM, & ordinatum est, quod quicumque possederit aliquod immobile in laboratura positum in ciuitate Iustinopolis, vel confinio per decem annos sine litis clamore impositæ apud Prætorem altera parte etatem habente, possideat liberè, & absolute de coetero, iurando suum esse, & quod nullam conscientiam habeat rei alienæ.

De Præscriptione temporis ciuium, & forensium.
Cap. XXII.

I TEM statutum, & ordinatum est, quod quicumque Ciuis Iustinopolis vtriusque sexus possederit aliquod immobile, scilicet Domum, campum Vineam, vel aliquam aliam possessionem intus, vel extra Ciuitatem Iustinopolis, vel eius confines per annos quindecim absque lite, vel clamore imposito apud Prætorem per aliquem forensem Iustinopolis habitatorem, vel extraneum habitantem, possideat liberè, & absolute ab inde in antea, iurando possidens talem possessionem suam esse, quod nullam conscientiam habeat rei alienæ.

Quod nemo de aliqua possessione empta, seu recuperata possit conuinci à creditori-ribus venditoris, vel alienatoris, si ipsam possederit per tres annos sine lite. Cap. XXIII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod quicumque vtriusque sexus terrigena, vel forensis cuiuscumque condictionis existat, emerit, vel quocumque alio modo acquisuerit per cartam aliquam proprietatem, sive possessionem cuiuscumq; manierei in ciuitate Iustinopolis, vel eius confinio, si ipsam possessionem possederit per tres annos continuos proximos à tempore emptionis, seu acquisitionis sine questione, vel lite sibi imposita à creditoribus illius, vel illo-

illorum, qui vendiderit, & alienauerit, non possit ille talis emptor, vel acquisitor transactis dictis tribus annis nunquam, nec in perpetuum molestari, nec conuinci de ipsa proprietate, seu possessione à creditoribus illius, vel illorum, qui vendiderit, vel alienauerit, pro aliquo debito cuiuscumque maniere tam facta, quam fiendo; Et si quis vtriusque sexus cum uno, vel pluribus venditoribus, vel alienatoribus ~~talis~~ proprietatis, seu possessionis, in solidum, vel in parte fuerit obligatus in aliquo debito alicui terrigenæ, vel forensi, & de tali obligatione, seu debito habuerit Instrumentum conseruationis à tali, vel talibus venditoribus, seu alienatoribus, quod liceat illi, seu illis, qui habuerit Instrumentum conseruationis, tam antequam substinuerit damnum, siue grauamen talis debiti, quam post, infra dictum terminum trium annorum, conuincere emptorem, seu acquisitorem talis proprietatis, seu possessionis sicut esset creditor principalis in tantum, quantum talis proprietas, seu possessio vendita, vel alienata fuerit; Salvo tamen quod si in tali venditione, seu alienatione non contineretur specificatum prætium, quod per Dominum Potestatem talis proprietas siue possessio vendita, & alienata debeat aestimari, & in tantum quantum fuerit aestimata valuisse tempore venditionis, vel alienationis prædictæ, in tantum solummodo conuinci valeat, & non ultra. Præterquam pupillis nullum præiudicium generare valeat, & mulieribus non coniugatis secundum Iustinopolitanorum consuetudinem. Videlicet pupillis usque ad quinque annos completos, postquam peruerenterint ad ætatem, & eis consignata fuerint sua bona, & mulieribus non coniugatis secundum consuetudinem Iustinopolis per annos tres, postquam aleteruter talium iugalium per mortem, aut per censuram ecclesiasticam fuerit totaliter separatus; Ita tamen, quod terminus trium annorum dicti statuti, nihil præiudicet illis, qui fuerint creditores talium venditorum, vel alienatorum, quocumque modo fuerint creditores per cartam ante venditionem, vel obligationem, aliquam factam per tales suos debitores, qui postmodum vendidissent, vel alienassent de suo; Et hoc si à die, qua tales creditores potuerunt petere ius suum, ipsi creditores usque fuerint iure suo infra terminum aduersus illos, qui emerunt, vel recuperauerunt post confectionem sui, vel suorum Instrumentorum, de bonis suorum Debitorum. Et proterea deinceps omnis talis creditor quocumque modo intelligatur, & habeatur pro vero creditore valente vti iure suo aduersus posteros emptores, seu creditores venditoris, vel alienatoris nisi à die in antea, qua poterit petere ius suum usque ad terminum tunc proxime venturum; Et si à dicto die in antea usque ad prædictum terminum trium annorum talis primus creditor usus non fuerit iure suo, tunc transfacto dicto termino talis primus creditor, quocumque modo fuerit creditor, habeat sibi damnum.

*De Hæreditate sumenda, vel reicienda, & quod tam Donatarij, quam Legatarij
generales in bonis alicuius teneantur deinceps facere Abreuiarium
iporum bonorum.* Cap. XXIV.

STATUIMUS, & ordinamus, quod si constitutus erit aliquis, vel aliqui hæredes, vel hæres, seu successor vel successores alicuius, non tamen teneantur tales hæredes, vel successores, nisi unusquisque pro rata sua respondere, creditoribus illius, vel illorum, cuius, vel quorum hæredes, vel successores fuerint, nisi in tantum, in quantum durabunt bona talis hæreditatis sine successionis, & non ultra respondere teneantur; Et si tales hæredes, vel successores vendiderint vel alienauerint aliquo modo bona aliqua, quæ sibi evenissent nomine talis hæreditatis, seu successionis, & non haberent ex ijs bonis, unde satisfacere possint creditoribus illius, à quo hæreditatem haberent, teneantur tunc illi, qui talem hæreditatem seu successionem haberent, satisfacere creditoribus illorum in tantum quantum res vendita per eos aestimata foret valuisse tempore venditionis, seu alienationis illius talis possessionis; Et si duo, vel plures constituti fuerint hæredes ab aliquo, & unus eorum refutaret partem suam illius talis hæreditatis, vel quod se nolet de ea intromittere, tunc pars illius, qui partem suam talis hæreditatis refutauerit, vel quod de ea se intromittere noluerit, redundet in alium vel alios, qui cum ipso hæredes fuerint constituti: cum voluntas testatoris sit semper in omnibus obseruanda. Et quod illi tales, qui succedent in bonis alicuius infra unum mensem post mortem illius; à quo talem successionem habuerint, faciant abreuiarium omnium bonorum mobilium, & immobilium illius, à quo habuerint successionem, & fiant in authentico duo breuiaria viuis tenoris; Et hoc in pœna, quæ continetur in statuto de tutoribus pupillorum continente de Inuentario confiendo; Et si reperiatur aliquo tempore per aliquem creditorem, quod ad integrum posita non forent bona illius talis, à quo talem successionem habuerint, quod ille talis creditor possit conuincere illum, qui succedit in talibus bonis, in tantum quantum dimisisset extra dictum Abreuiarium; Et nihilominus cadat ille talis ad pœnam solidorum quadraginta communi, & ultra in prouidentia Domini Potestatis iuxta quantitatem rei taliter cœlatæ. Item quod tam forenses habitantes Iustinopoli, quam ciues teneantur facere inuentaria, & abreuiaria infra tempus supradictum; Et quod quælibet persona utriusque sexus, cui aliquis utriusque sexus titulo donationis, vel alicuius alterius alienationis dederit, donauerit, seu alio quocumque modo alienauerit generaliter omnia sua bona, seu ea alicui generaliter dimiserit, seu legauerit per testamentum, vel codicillum, ut talia fieri non possint in præiudicium aliorum, teneatur facere Abreuiarium de bonis sibi donatis, alienatis, seu dimissis in generali, quemadmodum facere teneantur hæredes alicuius Defuncti sub pœna in dicto statuto contenta.

De intromittentibus bona alicuius ab aliquo possessa.
Cap. XXV.

QVi autem alicuius bona immobilia , seu stabilia ab aliquo possessa per annum, vel ultra sine sententia Domini Potestatis intromiserit , libras quatuor partiorum Domino rei intromissa , & totidem communici componat , & rem intromissam restituat tali possessori , salvo tamen iure vtriusque partis , & hoc intelligatur si lamentatio fieret coram Dominatio ne de tali re immobili intromissa ; Et quandocunque contigerit , supradicta , Dominatio in continenti statuat terminum vtrique parti ad producendum & monstrandum de tenuta , & possessione dictæ rei quicquid poterint in suo fauore infra quindecim dies proximos subsequentes ; Monstrata re intromissa prius quam terminus sit statutus illi qui eam intromiserit , & melius probati tenuta restituatur ; Et ille qui talem rem intromiserit si post monstrationem sibi factam , se amplius de ipsa re noluerit intromittere , tunc talis res intromissa adiudicetur alteri parti petenti , & nihilominus ille qui voluerit intromittere soluere teneatur pœnam prædictam ; Quæ monstratio fieri debeat per cartam secundum formam noui statuti non obstante parte amittenti tali tenuta dictæ rei quin ius suum consequi contra aliam partem valeat secundum formam statuti loquentis de questionibus immobilium rerum ; Insuper per præsens statutum recurre possit tantum ad illos vtriusque sexus qui intromiserint , & possederint aliqua bona immobilia , seu stabilia per annum , & infra , & non ad illos qui intromiserint , seu possederint per annum , & ultra ; Sed recurratur ad illos , qui intromiserint , seu possederint ultra annum bona aliqua immobilia , seu stabilia per aliud statutum continens , de quæstionibus immobilium rerum .

De Venditionibus Proprietatum. Cap. XXVI.

VEnditiones Proprietatum, vel alienationes Domino ignorantे , cui aliquo modo respondent, non valeant .

Quod Dominus Proprietatis possit recuperare possessionem sibi respondentem.
Cap. XXVII.

STATUIMUS , & ordinamus , quod si propinquus laicus , vel propinquus laica venditoris , vel alienatoris alicuius proprietatis , quæ modo vlo responderet alicui , non presentaret pecuniam , vel non offeret se datum estimationem talis proprietatis venditæ vel alienatæ causa eam recuperandi iure propinquitatis tunc Dominus , cui talis Proprietas responderet modo vlo , possit , & valeat eam proprietatem recuperare , & habere pro quanto præcio , vendita fuerit , vel pro estimatione exinde fienda talis

talis proprietatis absque prætio alienatæ per eos, quos ad hæc Potestas destinabit. Et hoc si infra spatiū clamationis ipsius rei præsentabit pecuniam, secundum formam capituli XXXVII. Secundi libri, De Patrimonio recuperando, vel offeret dare æstimationem proprietatis venditæ, Quoniam magis dignum, & rationi consonans est, Dominum proprietatem sibi aliqui alter respondentem recuperare posse & habere, quam qui venditoris, vel alienatoris huiusmodi proprietatis propinquus non esset, & quam, qui ipsius proprietatis lateranus foret; Et si propinquus, & Dominus non præsentarent pecuniam, vel offerent se datus æstimationem talis proprietatis causa recuperandi, tunc lateranus talis proprietatis valeat, & possit ipsam proprietatem recuperare, & habere modo, & forma in infra scripto capitulo XXXVII. contentis; Et si plures fuerint laterani detur illi laterano, cuius possessio talem rem magis tangeret per mensuram.

De Vendentibus, vel Alienantibus Possessiones, pro quibus redditur.
Cap. XXVIII.

I Tem statuimus, quod quælibet persona habens aliquam possessionem, pro qua reddi debeat affictus aliquis, vel redditus perpetualis seu Curtucongi, & ipsam possessionē vendiderit, vel alienauerit, teneatur in Instrumento venditionis, vel alienationis facere mentionem de affictu, redditu, seu curucongio supradictis, & cui, & quibus reddi debeat; Et hoc in poena librarum vigintiquinque parvorum, cuius pæne medietas sit communis, & alia medietas Domini talis fictus, redditus, seu curucongi; Et Notarij, qui fecerint aliquod Instrumentum de predictis teneantur per sacramentum praedicta partibus contrahentibus ducere ad memoriam.

De Cauderijs non alienantibus de territorio suæ Vicinantiæ.
Cap. XXIX.

P Raterea Cauderij Portarum aliquid de territorio suæ Vicinantiæ infra ciuitatem existente, non conferant alicui donationis nomine, vel prætijs, nec ullo modo alienare absque Potestatis licentia præsumant sub poena librarum decem parvorum communi componenda; **Quod si factum fuerit iritetur.**

De Habentibus aliiquid ad Partiendum. Cap. XXX.

P Raterea in communī diuidendo, & familiae crescendæ temporum prolixitas vacillatur; Omnes igitur inter se aliquid diuidendum commune habentes, & post trinam requisitionem illud partiiri volentes, à Prætore fiat edictum ut infra quindecim dies id efficere non morentur; Quod si unus eorum, vel plures contumax spreuerit, à Prætore postmodum duobus, vel tribus

bus designatis personis, sacramenti habita cautione, si oportuerit, fideliter idem cum sortibus partetur, ipsis habentibus à contumace quatuor solidos pro marcha, & obediens sibi partem eligat primo; Et si aliqua pars fuerit contumax, obediens eligat partem sine sorte. Et si fuerint concordes, partiri secundum formam statuti cum sortibus teneantur; Item, quod quælibet diuisio, quæ fiet de cœtero inter aliquos de aliquibus possessionibus intus, vel extra ciuitatem Iustinopolis coram testibus valeat, & teneat; Et si aliqua partium nollet habere illam diuisionem firmam componat communis, & parti libras quaque, & nihilominus talis diuisio obtineat firmitatem; Et utraque pars, quæ diuisionem fecerit de aliqua possessione, teneatur facere fieri Instrumenta infra quindecim dies, & dare Instrumenta Vice Dominis sub poena praedicta.

De Eradicantibus limites alterius. Cap. XXXI.

Q Vicumque limites, vel concernos alterius eradicauerit, vel occultaue-
rit, siue mutauerit, tamquam falsarius habeatur, & vigintiquinque li-
brarum pena multetur, & medietatem communis, & aliam medie-
tatem illi, cui damnum intulerit, soluere compellatur.

De Vineis, & Campis non habentibus viam. Cap. XXXII.

Si quis habens prædia, vineam, vel campum, nec habuerit ad eam certam viam eundi, Dominus Potestas illuc procedat, seu mittat iudices, vel æstimatorum, & omnibus ibidem circumspectis lateribus, unde eis melius vi-
sum fuerit, & minus alicui noceat, viam non habentibus assignent, pretio ta-
men competenti a recipientibus viam iuxta ipsius Potestatis arbitrium pro
ipsa via Dominis possessionis soluto.

De Rebus legatis ad Vſufructum. Cap. XXXIII.

C Vicumque aliquid legatum fuerit ad vſufructum in vita sua, vel ad aliud certum tempus, non liceat illi cui legatum est aliquid inde alicui ven-
dere, vel donare, seu aliquo modo alienare sine illius, vel illorum verbo, qui
successori sunt illa bona sub pena amittendi sine omni tenore illud quod
alienauerit, ad præsens veniendo in illos, qui succedere debent, quoniam pri-
uilegium meretur amittere, qui permisso sibi abutitur potestate; Et si in te-
stamento continetur seruare incolumem, & inde aliquid alienauerit, vel ab
vſus fuerit, inde alienata bona solummodo amittat, & in successore de præsenti
veniendo, ex quo contra testamentum comittit, quoniam qui in aliquo pre-
cepto legis offendit, factus est omnium reus; Item additum fuit, quod si ali-
cui legata fuerint ad vſufructum in vita sua, vel ad aliud certum tempus do-
minus, vel vinea, & ille talis non tenebit dictam donum, vel vineam in bono
sta-

statu rationabiliter, & vineam in laboratura secundum consuetudinem Iustinopolis amittat domum, siue Vineam, veniendo in illum, vel illos, qui succulti sunt illa talia bona, vel ea debuerint dispensare si constiterit Dominationi contra praedicta fore factum.

De Habentibus Vineas ad Curuscongium.

Cap. XXXIV.

Q Vicumque habuerit vineam pro curucongio, & per biennium non sappabit eam, quamuis occasione deueniat necessitatibus, deueniat vinea in Dominum principalem cum arboribus vniuersis, salua antiqua consuetudine de illis, qui non putant vineas redditus praedicti usque ad tertium diem mensis Aprilis, quod illas similiter amittant, ut praedicatur, nisi verbo Potestatis remanserit; Illud idem intelligatur de Salinis, quod qui habent salinas à Communi, & per biennium non laborabunt, vel laborari facient, eas amittant, & in commune reuertantur; Et quicumque habens vineam de redditu pro curucongio teneatur reddere de quatuor vrnis vnum congium Domino dicti redditus, siue fictus, quod esset. Denotando ille qui habuerit tales vineas ad redditum Domino dicti redditus una die antequam vindemiet dictam vineam, dicendo ipsam velle vindemiare in poena dupli.

De Illis qui tenentur soluere fictum, vel Redditum perpetualem de aliqua Possessione.

Cap. XXXV.

Si quis vtriusque sexus tenetur soluere redditum vel fictum perpetualem de aliqua possessione alicui personae, & tempore quo tenebitur, domino dictae possessionis, non soluerit fictum, vel redditum praedictum, postquam venerit, in iure nulla remissio fiat sibi de duplo, cuius dupli medietas sit communis, & altera medietas domini possessionis; De Forensibus in discretione, Domini Potestatis consistat.

De Habentibus minimam particulam alicuius possessionis.

Cap. XXXVI.

STATUTUM EST, quod si aliquis habuerit minimam particulam alicuius possessionis in ciuitate Iustinopolis, vel extra in medio, vel circa capita, quæ particula videatur inutilis, de qua haberi non possit, nec consequi conuenienter utilitas, iuxta discretionem Potestatis concedatur illa particula habenti reliquias partes pro præcio aestimato ab estimatoribus constitutis ac id per Dominum Potestate; Et teneatur ille, qui reliquias partes habuerit accipere illam particulam secundum estimationem factam de ea sub poena librarum decem communi, & Dominus particulæ eam dare teneatur illi sub eadem poena.

I Tem si quis scierit aliquem emere de suo patrimonio, & infra triginta dies, postquam proclamatio facta fuerit, non depositauerit, vel praalentauerit denarios, & præsentationem suam in cancellaria communis notare non fecerit, non liceat eidem recuperare illud patrimonium; Et si quis emerit aliquam possessionem, & antè terminum clamationis triginta dierum fecerit expensas in meliorando sine licentia Domini Pro-testatis, Dicimus, quod ille qui voluerit recuperare occasione propinquitatis, vel lateranitatis illam possessionem, de illis expensis nihil soluere teneatur; Et hoc intelligatur tam de patrimonio, quam de omnibus alijs possessionibus acquisitis; Et si possessio vendita, vel alienata processerit illi venditori ex parte Patris, possint illam possessionem recuperare propinqui illius venditoris ex parte patris; Et conuerso si possessio processerit ex parte matris, propinqui ex parte matris possint illam recuperare; Si vero possessio vendita, vel alienata acquisita foret per venditorem, vel alienatorem, tunc tam propinqui venditoris ex parte patris, quam ex parte matris, eam recuperare possint, remanente semper dicta possessione obligata venditori donec sibi fuerit integrè persolutum. Et si aliquis vtriusque sexus recuperauerit aliquam possessionem venditam per terminos teneatur præstare bonam, & idoneam securitatem venditori de prætio talis possessionis recuperatae per eum, aliter dicta recuperatio careat firmitate. Cœterum si propinqui venditoris ex parte patris non apresentauerint denarios, & præsentationem notare non fecerint ut supra causa recuperandi talem possessionem venditam, vel alienatam processam ex parte patris ut supra, quod propinqui matris valeant talem possessionem recuperare; Et è conuerso si propinqui venditoris, vel alienatoris ex parte matris non apresentauerint denarios, & præsentationem notare non fecerint ut supra causa recuperandi talem possessionem venditam, vel alienatam ex parte matris processam, tunc propinqui ex parte Patris valeant eam recuperare; Item si contigerit aliquem religiosum vtriusque sexus, vel aliquam aliam personam nomine alicuius religiosi, vel religiosæ, vel alicuius Conuentus cuiuscumque ordinis, & regulæ existat, vendere, seu alienare, seu permutare cum aliquo aliquam possessionem, quod propinqui, vel propinquus illius, vel illorum, cuius, vel quorum talis possessio prius fuerit, quam illi Religioso, vel Religiosæ dimissa fuerit, vel quocumque alio modo eis deuenerit, possint & valeant talem possessionem recuperare infra terminum in præsenti statuto constitutum. & modo, & forma pro laicis in eo contentis. Et si Vir cum vxore, vel sine vendiderit patrimonium viri, propinqui viri possint integrè recuperare; Et è conuerso, si vendiderit patrimonium vxoris, propinqui vxoris possint integrè recuperare; Et si contigerit propinquos viri, cuius fuerit patrimonium venditum

non præsentare vt supra causa recuperandi illud , quod tunc liceat pro-
 pinquo , vel propinquus vxoris illius venditoris illud immobile venditum
 integrè recuperare , si præsentabit infra terminum clamationis dictæ rei
 venditæ denarios vt supra ; Et è conuerso ; Et mortua vxore si vir vendi-
 derit de bonis , quæ fuissent vxoris , quæ sibi deuenissent in parte , pro-
 pinqui tantum viri , & non vxoris illa valeant recuperare , & è conuerso .
 Et hoc intelligatur tam de venditionibus , quam de quibuscumque alijs
 alienationibus ; Et si fuerint plures præsentatores alicuius possessionis ven-
 ditæ vel alienatæ , tunc propinquiori illius , vel illorum venditoris , vel
 vendorum , alienatoris , vel alienatorum talis possessio iudicetur ; Et si
 fuerint plures apræsentatores in simili gradu parentellæ , tunc talis posse-
 ssio talibus apræalentoribus æqualiter diuidatur , & iudicetur ; Et si Pro-
 pinquus , vel Propinqua venditoris , vel alienatoris rei , vel alicuius pos-
 sessionis non apræsentauerint denarios , & præsentationem notare non
 fecerit vt supra cauſa recuperandi secundum tenorem dicti statuti , quod
 tunc lateranus , vel laterana huiusmodi rei , vel proprietatis venditæ vel
 alienatæ valeat eam recuperare , & habere , si infra terminum clamationis ip-
 sius rei , vel proprietatis prædictæ præsentabit denarios , & notare præsen-
 tationem fecerit vt supra ; Et si plures laterani essent , qui eam possessionem
 vel rem vellent recuperare , & habere , vt dictum est , tunc dicta res , & pos-
 sessio detur illi laterano , cuius possessionem talis possessio , vel res vendita ,
 vel alienata magis tangit per mensuram ; Et non liceat vlli clero , & Reli-
 gioso vttiusque sexus , vel alicui alteri personæ nomine alicuius clerici , vel
 Religiosi vtriusque sexus , vel alicuius Conuentus cuiuscumque ordinis , &
 regulæ existat recuperare nomine proprietatis , vel lateranitatis aliquam
 possessionem in ciuitate Iustinopolis , vel eius districtu venditam , dona-
 tam , permutatam , vel quoconque modo alienatam modo , & forma in
 præsenti capitulo contentis ; Et quilibet emptor postquam emerit aliquod
 immobile teneatur infra quindecim dies facere proclamationem ad scalas cam-
 panilis diebus dominicis dictam emptionem secundum consuetudinem , & ap-
 pareat clamatio per publicum Instrumentum sub poena libratum viginti-
 quinque paruorum communi componendarum . Quam proclamationem
 quilibet Notarius , qui instrumentū emptionis , vel alicuius alterius alienatio-
 nis , siue obligationis alicuius rei immobilis , per quam fuerit neceſſe facere
 proclamationem , stipulauerit , teneatur infra dictum terminum quindecim
 dierum facere proclamationem vt supra , & authenticare infra vnum mensem fa-
 cta clamatione ; Et facta dicta clamatione illico teneatur , & debeat ordinatè
 in vna scribere cedula millesimum diem proclamationis , emptorem , vendi-
 torem , rem vel possessionem venditam , Contratam in qua dicta possessio est
 sita , confines ex quatuor lateribus , quoslibet de per se , & præmium dictæ rei ,
 vel possessionis , vt in authentico dictæ clamationis continebitur ; Quæ cedu-
 la debet affigi per Notarium , vel affigi facere in Ecclesia Cathedrali Iustino-
 polis in loco ad hoc deputato , quæ affixa manere debeat , expirata crida usq;
 ad

ad ultimum diem clamationis, Debendo Notarius omni die dominico ire in
 dicta ecclesia Cathedrali vsq; ad ultimam Dominicam clamationis, & pro-
 spicere, si dicta cedula est ibidem affixa. Et si dicta cedula fuisset remota, te-
 neatur in continentia aliam tenoriam supradicti in poena librarum,
 quinque parvorum communi componendarum; & plus. & minus ad volun-
 tam domini Potestatis; Sed si aliquis aliqua fraude, vel malitia, vel quo-
 cumq; alio modo remoueret, vel remoueri faceret cedulam suprascriptam,
 & affixam ut supra cadat ad poenam librarum quinquaginta parvorum, cu-
 ius medietas sit communis, & altera medietas sit accusatoris, per quem ve-
 ritas habeatur, & si non haberet unde soluere, stare debeat vno die domini-
 co ad berlinam; Propter quod quilibet propinquus, seu lateranus volentes
 recuperare infra triginta dies sine fraude possit, & valeat recuperare secun-
 dum formam supradictam; Et si quis de cetero sub donationis nomine cam-
 bij, vel permutationis, vel quocumque alio modo aliquod immobile aliena-
 uerit alicui, illa donatio, permutatio, siue alienatio quocumque modo fiat
 proclaimari debeat, vt venditio, vt propinquus, seu lateranus vtriusque sexus
 possit recuperare infra triginta dies facta clamatione modo, & forma, vt supra
 de venditione, & si praetium aliquod non contineretur in Instrumento do-
 nationis, permutationis, siue alienationis, illud immobile aestimari debeat per
 duos viros idoneos datos per Potestatem, & facta estimatione ille qui se ob-
 tulerit ad recuperandum teneatur accipere pro pratio aestimato, & ille cui
 donatum permutatum, seu alienatum fuerit illud sibi pro dicto aestimato
 pratio restituere teneatur; Et teneatur quilibet volens recuperare iure pro-
 pinquitatis, vel lateranitatis aliquod immobile facere sacramentum, quod il-
 lud immobile recuperat pure merè liberè sine aliqua fraude commista, per
 se tantum, non alieno nomine; Et quod Vice Domini sub pena librarum de-
 cem parvorum communi componendarum teneantur dare sacramentum
 emptori, venditori seu permittantibus ipsum immobile, vel aliter alienanti-
 bus, & alienationes accipientibus, illius modi contractum esse verum, & pu-
 rum, vt continetur, & non in fraude, nec praejudicio alicuius personæ factum
 circa recuperationem fiendam; Et si in Instrumento continetur aliquam lo-
 cationem factam esse de re vendita donata, vel aliter alienata, vel aliud pa-
 ctum, vel alia conditio iurare etiam teneatur, quod ita sit rei veritas vt in In-
 strumento continetur, & non res fictitia. Et si contigerit quod aliquis vtrius-
 que sexus voluerit recuperare rem venditam, vel modo quolibet alienatam,
 de quo facta sit mentio in Instrumento venditionis, vel alienationis, quod
 sit locata alicui, quod recuperator si voluerit, possit dare Sacramentum lo-
 catori, quod locatio facta est sibi vt in Instrumento venditionis, seu aliena-
 tionis continetur; Et si aliquis alius contractus quam locatio, seu aliud pa-
 ctum fia: in huiusmodi Instrumento, de quibus recuperator dubitet, quod
 omnibus huiusmodi contractus, seu pactum tangentibus, similiter ad peti-
 tionem recuperatoris, si voluerit dare facere Sacramentum. Sacramentum
 detur de predictis tactis scripturis, & ipsis Sacramento clara voce firman-

tibus sub poena prædicta communi componenda per Vice Dominum contrafacientem; Et insuper non liceat alicui recuperanti aliquod immobile, ut predicitur, illud immobile vendere, obligare, seu aliquo modo alienare ex se, vel aliquo quocumque modo usque ad tres annos proximos facta recuperatione sub poena librarium vigintiquinque parvorum communi componendarum; Salvo tamen quod liceat recuperanti de dicto immobili recuperato tantum affictare de anno in annum usque ad dictum terminum annorum trium, & dare in dotem cuicunque sibi placuerit, & dispensare in ultima voluntate; Et nullus forensis habitans extra districtum Iustinopolis possit modo aliquo, vel ingenio recuperare aliquam possessionem positam in Ciuitate Iustinopolis, vel eius districtu venditam, vel modo aliquo alienatam per aliquem suum propinquum vel lateranum utriusque sexus, salvo si venire voluerit ad habitandum Iustinopoli, vel eius districtu, quod possit recuperare veniendo ad habitandum Iustinopoli, vel eius districtu infra annum unum facta recuperatione, Alioquin non valeat recuperatio; Et licet cuilibet recuperare volenti aliquam possessionem, siue proprietate non venditam, donatam permutatam, seu quocumque modo alienatam infra spatum clamationis venditionis, donationis, permutationis seu alienationis præsentare pecuniam contentam in Instrumento & expensas instrumentorum, vel offerre se daturum præmium talis proprietatis in terminis alienatae vel aestimationem deinde fiendam talis proprietatis absque præcio permutatae vel donatae, per illos, qui fuerint constituti per Potestatem, expensas semper instrumentorum præsentando coram Domino Potestate, præsente, vel absente emptore; Et tales denarij præsentati coram Domino Potestate depositentur in manibus Camerariorum communis, donec per Potestatem super tali præsentatione fuerit definitum, vel partes concordes extiterint, salvo quod emporibus, qui ad cautellam voluerint præsentare, liceat solu- ludo præsentationem in Cancellaria facere denotare.

De Venditionibus non Valituris. Cap. XXXVIII.

STATUIMUS. & ordinamus, quod nulla venditio, vel alienatio alicuius proprietatis valeat, nisi pateat per publicum Instrumentum; Tamen si quis spalmauerit forum aliquod de aliqua possessione, & tam emptor, quam vendor, qui noluerit habere forum firmum cadat ad poenam solidorum centum parvorum, cuius pæne medietas sit communis, altera medietas fit partis obseruantis, & soluta poena prædicta forum careat firmitate.

De Perticantibus Possessiones extra Ciuitatem.
Cap. XXXIX.

ITEM statutum est, quod si quis de cœtero vendiderit pignorauerit, cambiauerit affictauerit, seu quo modo alienauerit alicui campū, vineā, aut

terrā , seu aliquam possessionem extra ciuitatem Iustinopolis , primō illa possēssio debet perticari per partes circum circa cum pertica communis , & Notarius , qui scripserit Instrumentum prædictorum tam in æstimatoria , quam in alijs verbo , & consensu vtriusque partis in instrumento numerum perticarum nominare teneatur , & aliter factū careat firmitate ; Et si præsumtum aliquod denotatum fuerit in Instrumentis venditionis , pignorationum , cambiationum , afflationum alienationum alicuius possessionis iacentis in confinio Iustinopolis , vel in ciuitate Iustinopolis , pars teneatur coram Vice Dominis , vel saltem uno ipsorum à quadraginta solidis superius sacramento firmare venditionem , pignorationem , seu alienationem esse prætij contenti in Instrumento , & non minoris prætij : Et omnes pignorations , & alienationes quocumque modo fient , cum conditionibus , vel sine proclamari debeant ad scalas campanilis infra quindecim dies postquam factæ fuerint in pena vigintiquinq; librarium parvorum , & quilibet lateranus , vel propinquus eas recuperare possit infra triginta dies facta clamatione cum condicione , & forma in Instrumento contentis , obseruando ille qui recuperauerit tale immobile formam contentam in statuto loquente de Patrimonio recuperando ; De Afflationibus , quæ debent proclamari , & possint recuperari intelligatur de illis tantum , quæ fient perpetualiter , vel ultra decem annos .

De Possessionibus exterioribus , quæ perticari debeant à capite , & à lateribus .
Cap. XXXX.

STATUIMUS . & ordinamus , quod de coetero qualibet possēssio posita extra ciuitatem Iustinopolis , quæ vendetur , donabitur , vel aliquo modo alienabitur , vel ad factum perpetualiter locabitur , vel nomine pignoris obligabitur , confinari , & perticari debeat in huc modum ; Silicet quod primo ponantur confinia cuilibet lateri per se , & posito confinio tunc statim dicatur numerus perticarum illius lateris , sic perticati , & confinati ; Et simili modo dicta possēssio perticari , & confinari debeat in quolibet suo capite . Et venditiones possēssionum extra ciuitatem Iustinopolis , quæ fient per æstimariam simili modo fiant ; Hoc addito quod Cancellarius æstimatorum ire debeat cum æstimatoribus , seu æstimatore extra Iustinopolim ad scribendum , & notandum confinia , & numerum perticarum possēssionum , quæ vendentur ad æstimariam ut superius est expressum ; Et si de predictis aliter fiet , id quod fiet aliter , sit nullius valoris , & nullam obtineat firmitatem ; Et in hoc non intelligantur venditiones salinarum , possēssiones in dotibus , neque possēssiones per testamenta legatae :

*De Instrumento Donationis generalis, quod in eo non sit necesse ponere
confinia, vel perticas. Cap. XL I.*

ET de donantibus omnia sua bona in instrumento donationis inde confessio. E'sto non sit necesse inde ponere confinia, nec numerum perticarum possessionum quoniam qui totum donat, nihil exceptat.

*De Instrumentis presentandis Dominio Iustinopolis factis extra civitatem, conti-
nentibus de alienatione alienius possessionis sitae in Civitate
Iustinopolis, vel extra. Cap. XL II.*

STATUIMUS. & ordinamus, quod aliqua venditio, donatio, vel alienatio alii-
cius possessionis intus, vel extra civitatem Iustinopolis facta per ali-
quem Ciuem, vel habitatorem Iustinopolis utriusque sexus extra civitatem
Iustinopolis non valeat, nec robur firmitatis obtineat, nisi Instrumentum
præsentatum fuerit Potestati Iustinopolis ad vicedominandum, si videbitur
Potestati factum esse per bonum, & legalem Notarium, & hoc infra tres
menses, si factum fuerit in Istria, vel in Foro Julio, Venetijs, aut in tota Mar-
chia Trevisana; Et si factum fuerit ultra dictos confines illud instrumentum,
debeat præsentari ad Vicedominandum Potestati, si notum fuerit Potestati
factum esse per bonum, & legalem Notarium, ut dictum est, & hoc infra
medium annum; Et cum præsentata fuerint talia instrumenta Domino Po-
testati, & vicedominata; ille cui talis venditio, seu alienatio facta fuerit, te-
neatur facere proclamari talem possessionem sibi venditam, vel alienatam
infra quindecim dies, post quam talia instrumenta data fuerint Vicedominis
ad vicedominandum, aliter enim non valeant.

*De Personis non excusandis respondere in iure ratione
majorum. Cap. XLIII.*

PRÆTEREA nullus homo, vel persona aliqua reddat se excusatum agendi,
vel respondendi in iure ideo quod sit in potestate patris, vel matris, aut
materteræ, socii, vel socrus, dum sit ad ætatem peruenitus, cum illi, in quo-
rum potestate consistit, adeo senes, vel debiles sint, quod rationi obediunt, &
venire non possunt, ipse in ratione pro se, & ipsis agat, & respondeat ex quo
ad ætatem peruerterit.

*De Filio in Potestate Patris constituto.
Cap. XLIV.*

SI quis filius in potestate Patris, vel Matris aliquid offenderit, Pater, vel
Mater pro illo satisfaciant, vel iurabunt sibi de suis bonis perpetuo non
datu-

daturos, nisi prius communis, & offensi gratiam nanciscatur; Item quod si quis filius, qui sua propria bona non habuerit, sub potestate patris, vel matris existens, pignus aliquod non liceat alicui personæ sibi ponere, nec facere securitatem aliquam, quod si fecerit, irritum sine prælio re-ducatur.

De non dando intromittere bona alicuius existentis extra ciuitatem nisi ad certum tempus. Cap. XLV.

STATUIMUS, & ordinamus, quod non liceat alicui Potestati, qui pro tempore fuerit ad regimen ciuitatis Iustinopolis iudicare, seu dare intromittere bona alicuius de ciuitate, qui foret extra ciuitatem, nisi prius fuerit ad scalas communis per praconem publicè clamatus veniendi ad rationem, dando sibi terminum de triginta diebus si foret Venetijs, vel in Istria, aut in Foro Iulio; Et si infra dictum terminum venerit, respondere teneatur creditoribus potentibus; Sed si alibi foret, sit in discreione Potestatis, dando ei terminum competentem, per quem ipse possit venire, vel suum mittere, nuncium specialem ad respōendum in iure. Qui verò si non comparuerit, vel alias pro ipso tunc licitum sit Domino Potestati bona ipsius iudicare, & dare ad intromittendum creditoribus secundum quod ratio postulat; Salvo quod si quis possederit bona debitoris alicuius, quod possessor ante requiratur à creditore.

Item de Eodem: Cap. XLVI.

ITEM quod si quis fuerit citatus in iure coram Praefide, & inde habuerit spatium, vel terminum, & postea sine licentia Potestatis recesserit, Potestas infra spatum decem dierum ipsum ad scalas proclamari faciat, & si infra dictum terminum iuri non comparuerit, vel alias pro ipso, tunc ipse Potestas pro contumacia contra ipsum procedat, sicut juris ordo postulat, & requirit, vt esset per sententiam; Et si infra spatum decem dierum comparuerit, tamen creditoribus respondere teneatur; Item quod hæredes, & successores alicuius debitoris, clamari debeant, vt in dicto statuto continetur de alijs viuentibus, ita quod accipiat sacramentum ab illo, qui facere proclamare voluerit hæredes, & successores alicuius antequam fiat proclamatio, si scit, vel cognoscit hæredes, vel successores talis debitoris; Et si eos non cognoverit, tunc statim ad petitionem illius fiat proclamatio.

Quod Nulla Intromissio detur alicui de bonis sui debitoris.

Cap. XLVII.

ITem quod nulla intromissio alicui detur de bonis sui debitoris , nisi primo iurauerit creditor coram Domino Potestate quantum voluerit à suo debitore de suis instrumentis ; Et si vir cum vxore tam in solidum quam diuisim fuerint obligati in Instrumento , vel in Instrumentis debiti , quod detur intromissio creditoris de bonis communibus viri , & vxoris , si vir fuerit clamatus secundum formam statuti ; & comparuerit ; Et si creditores inuenire non poterunt de bonis communibus viri , & vxoris debitorum suorum ab alijs non possessis tam viri , quam vxoris , habito prius sacramento , quod ea inuenire non possint , tunc creditores talium iugalium , licet fecerint proclamari tantum virum talis vxoris , habeant plenum arbitrium , & auctoritatem intromittendi de bonis ab alijs professis tam viri quam vxoris , quæ inuenient secundum tenorem sui Instrumenti ; Et quod vxor non teneatur respondere in iure alicui creditori pro aliquibus debitis tam factis , quam fiendis fine legitima procuratione viri , vel praesente viro .

Quod Nemo possit emere ad incantum , vel ad aestimariam aliquas possessiones nomine alieno . X L V I I I .

ITem statuimus , quod nemo tam ciuis quam forensis ad incantum in platea communis emere possit aliquod immobile , seu possessiones ad aestimariam communis , vel aliquod datorum communis ad incantum in platea communis , nisi tantum pro se ipso , & non alterius nomine ; Sed etiam bene procuratorio nomine alicuius personæ , ostendendo procurationem in Authentico Potestati legitimè ad hoc constitutam sub poena librarum decem paruorum pro quolibet contrafacente communi componendarum , & talis venditio nihil ominus careat firmitate ; Excepto de venditoribus Datorum communis , Quod in continent data dictorum datorum , cum fuerit data in aliquem , obtineat firmitatem .

De Tabellionibus connitatis ad Testamentum .

Cap. XLIX.

Conueniens , & necessarium esse videtur , vt quilibet tabellionum cum ad scribendum alicuius paginæ breuiarium , vel ad testamentum condendum fuerint inuitati , illuc omni cunctatione semota procedant , nisi iusto impedimentoo impedit , sub poena librarum vigintiquinque paruorum , carta , poena , calamarioque ornati , seriatim omnia illico breuiantes , & ibidem coram testatore , & testibus perlegere testamentum .

Cum nihil hominibus commodius sit, quam quod ipsi met velle suum particulariter distinguendo de bonis suis, manibus proprijs disponant ultima voluntate, laudabili decernimus sanctione; Quod si de cetero aliquis Notarius vocatus fuerit ad accipiendo preces alicuius testamenti; Et si per testatorem, vel testatricem praesentata fuerit aliqua cedula pro testamento clausa, vel non clausa, bullata vel non bullata, quam ille testator, vel testatrix dicet velle suum esse ultimum testamentum, debeat dictus Notarius praesente uno ex Vice Dominis, antequam accipiat preces, interrogare testatorem, vel testatricem, si dicta cedula erit scripta manu propria aut non; Et si sibi responsum fuerit per dictum testatorem, seu testatricem, quod sic, tunc dictus Notarius accipiat preces ipsius testamenti, & scribat super ipsa cedula, vel testamento nomen illius testatoris, vel testatricis, millesimum, & diem præsentationis talis testamenti, præsentibus ipso testatore vel testatrice, Vice Domino, & tribus testibus saltem ab eo, vel ab ea rogatis, ac nomina testium predicatorum; Et valeat dictum testamentum post mortem ipsius testatoris, vel testatricis, si fuerit eius ultima ordinatio, quæ semper tenenda est, & obseruanda; Et si aliquis testator, vel testatrix dixerit dictam cedulam esse manu sua scriptam, & postea reperietur non esse verum, quod dicta cedula nullo modo habeat, nec haberi possit pro testamento, nec vim aliquam habere valeat, ac si facta, vel rogata non fuisset; Et si post alicuius hominis decesum repertum fuerit penè se habere aliquam cedulam manu propria defuncti scriptam in modum sui ultimi testamenti, & aliquis voluerit ipsam cedulam per modum breuiarij authenticari facere, teneatur dictam cedulam in manibus domini Potestatis præsentare, & per tres idoneos testes ad minus legitime probare cedulam ipsam manu propria dicti talis mortui scriptam fuisse, pro quo peteret fieri tale breuiarium; & debeat tribus diebus dominicis immediate sequentibus ad gradus Campanilis publicè facere notificari, qualiter talis vult facere fieri tale breuiarium in testamento confirmandum pro tali defuncto, ipsiusque probare per tales testes, facta expressa mentione de nominibus omnium predicatorum, & ideò si aliquis vult opponere, vel aliter dicere superinde compareat infra triginta dies coram Domino Potestate; Et facta diligenti examinatione superinde, & auditis, & examinatis testibus, & quibuscumque ad id opponentibus, si aliqui comparerent contradictores, & per Dominum Potestatem cognitum fuerit de iure dictū breuiarium approbatum fuisse, & verum esse, debeat tale breuiarium in authenticum facere relevari, & vim testamenti & ultimæ voluntatis dicti talis defuncti habere, ac si conditum fuisset in vita testatoris modo, & ordine supradictis: Salvo si post mortem talis defuncti reperiretur aliquod eius publicum, & authenticum testamentum in vita sua iuridicè factum, quod talibus breuiarijs debeat præualere; Hoc declarato quod talia breuiaria fieri debeant infra tem-

tempus trium mensium ad plus à morte ipsius decedentis , si decesserit Iu-
 stinopoli , vel in eius Districtu , sed si fuisset mortuus extra ciuitatem Iusti-
 nopolis , vel districtum infra terminum sex mensium ; Post autem terminos
 supradictos ipsa Breuiaria omni prorsus careant firmitate ; Et ad obuian-
 dum fraudibus , quæ in alijs Testamentis committebantur ; Si aliqua perso-
 na vtriusque sexus , & cuiuscumque condictionis existat , quæ deinceps suum
 condere voluerit testamentum alio modo hic superius annotato , debeat ip-
 sum suum testamentum per Notarium idoneum in scriptis super uno folio
 secundum consuetudinem hactenus obseruatam facere per ordinem anno-
 tari , sicut fuerit voluntas ipsius testatoris , & testatrix in praesentia vnius ex
 Vice Dominis , sive Nuncij Domini Potestatis loco Vice Domini , & non
 alterius Personæ ; Et Notarius , qui scripsit tale testamentum antequam
 accipiat preces ipsius , teneatur , & debeat sub vinculo Sacramenti legere
 dictum testamentum ipsi testatori , vel testatrix soli , quod non sit ibi ali-
 quis excepto Vice Domino supradicto , & si dicet illud bene stare , debeat
 dictus Notarius immediate ibidem conuocare tres idoneos testes , & præ-
 sentibus dicto testatore , vel testatrice ac Vice Domino , & testibus prædi-
 ctis , & non aliqua alia persona , legere , & publicare debeat dictum testa-
 mentum in continenti sicut stabit , & accipere preces ipsius testamenti , vt
 est de more Notariorum ; Quod vero testamentum valeat , & in omnibus
 ratum , & firmum habeatur , si illud ultimum fuerit talis testatoris , vel testa-
 tricis testamentum . Et vt hic ordo debitum habere possit effectum debeat
 Vice Dominus , qui aderit alicui testamento imponere penam , & penas
 scut sibi videbitur , & placebit , personis , quæ vellent adesse confectioni
 talis testamenti contra ordinem superscriptum , vt debeat illinc recedere ,
 ita quod non sit ibi aliqua persona nisi testator , vel testatrix Vice Domi-
 nus Notarius , & testes prædicti , sicut superius dictum est ; Quas penas
 Dominus Potestas exigere teneatur à contrafacientibus , & nolentibus obe-
 dire , & dare medietatem Vice Domino , & Notario , & aliam medietatem
 communi ; Et in casu quo aliquod testamentum fuisset rogatum , & reda-
 dictum in publicam formam contra id quod superius dictum est , sit nullius va-
 loris , & vigoris , nec habeatur pro testamento ; Et non possit Vice Domi-
 nus ; Notarius , & testes , qui fuerint præsentes confectioni alicuius testa-
 menti illud notificare , nec ostendere , vel manifestare alicui personæ ante
 mortem talis testatoris , vel testatrix sub vinculo Sacramenti ; Quæ vero
 omnia testamenta sine aliqua dilatione reponi debeant , & conseruari im-
 mediate in Vice Dominaria Communis in Capsa ad hoc solummodo deputa-
 ta cum duabus seraturis , & clauibus tribus , & debeat vnu ex Iudicibus , qui
 placebit Domino Potestati , dummodo non sit affinis alicuius ex Vice Domi-
 nis , clauem exteriorem ipsius capse seruare , & reliquas similes duas claves
 alterius seraturæ interioris , habere ambos Vicedominos , vnam pro quo-
 libet ; Et nihilominus licet omnibus testatoribus vtriusque sexus quæ-
 cumque eorum testamenta extra dictam Capsam accipere ad omne ipso-

rum libitum voluntatis , & ipsa mutare , cortigere , addere , & minuere , seu aliter de nouo disponere , & ordinare sicut eis videbitur , & placet vñque ad exitum vita suæ , pro vt iustum est , conueniens , & honestum ; Item si quis nostrorum Conciuum vtriusque sexus de cetero extra ciuitatem Iustinopolis , vel in Istria , vel in Foro Sulio , Venetijs , aut in tota Marchia Trevisana suum vltimum testamentum condiderit , & deceperit , illud testamentum infra tres menses post illius testatoris decepsum coram Dominio Iustinopolis debeat præsentari , alioquin valere non debeat ; Et si quis testamentum fecerit vltra dictos confines , illud testamentum infra medium annum conduci debeat coram Dominio Iustinopolis ; Alioquin non valeret ; Et Potestas deinde testamenrum cum præsentabitur , teneatur denotari , & examinare , si illud testamentum est idoneum vel non .

Quod Nemo possit per codicillum adimere Hæredem institutum in testamento . Cap. L I.

STATUTUM EST QUOD NEMO VTRIUSQUE SEXUS , QUI CONDIDERIT TESTAMENTUM , SIN QVO SIBI INSTITUERIT , & FECERIT HÆREDEM , VEL HÆREDES , PER CODICILLUM VEL CODICILLOS , POSTEA PER EUNDEM FACTUM POSSIT NEC VALEAT PER DICTUM CODICILUM , VEL CODICILLOS SIBI ADDERE , & INSTITUERE ALIQUEM HÆREDEM , VEL HÆREDES , NEC ETIAM EXHÆREDARE , VEL ADIMERE , SEU MINUERE ALIQUEM EX HÆREDIBUS PRIMO IN DICTO TESTAMENTO INSTITUTIS ; QUOD SI FACTUM FORET OMNINO CAEAT FIRMITATE .

De Legatis factis filio per Patrem vel Matrem in testamento , non dicendo in benedictione , & contentu . Cap. L II.

STATUTUM , & ORDINATUM EST , QUOD SI PATER , VEL MATER ALCUIUS FECERIT TESTAMENTUM , & IN IPSO TESTAMENTO DIMISERIT FILIO , VEL FILIAE ALIQUID ANTE REQUIUM HÆREDITATIS , NON DICENDO IN BENEDICTIONE , & CONTENTU , & IN IPSO TESTAMENTO NON FECERIT DICTUM FILIUM , VEL FILIAM HÆREDEM , QUOD ILLUD TALE LEGATUM ILLI FILIO , VEL FILIAE HABEATUR LEGATARIE , & ESSE DEBEAT HÆRES CUM ALIJS HÆREDIBUS INSTITUTIS IN DICTO TESTAMENTO ; ET QUOD VICEDOMINUS , & NOTARIUS , QUANDO SCRIPSERIT TESTAMENTUM , PER SACRAMENTUM TENEATUR TESTATORI MEMORIAM FACERE DE PRÆDISTIS .

De Dispensatione sienda per Commissarios de Legatis factis per testatores . Cap. L III.

INTENDENTES , & VOLENTES AD BONUM , & UTILITATEM ANJMARUM SALUBRITER PROUIDERE , NE QUIQUIS AB HOC ALIQUALITER SE EXTRAHERE PRÆSUMAT PRO VT HACTENUS CONABATUR ; VOLUMUS , & ORDINAMUS , QUOD QUICUMQUE TANCIUS , QUAM FORENSIS , QUI DEBET , VEL TENETUR ALIQUO MODO , NOMINE CAUSA , RATIONE ,

ratione, vel forma, bona alicuius defuncti, dare, distribuere, & dispensare pro anima cuiusvis per testamentum, aut codicillum, seu per quemcumque alium modum, teneatur bona illa dare, distribuere, & dispensare pro anima ipsius defuncti infra annum post decessum testatoris, vel codicillantis, & hoc in ciuitate Iustinopolis tantum; Salvo tamen si defunctus aliquid ordinauerit in suo ultimo testamento, vel conditionem aliquam apposuerit super suis bonis, quod tunc condicione contenta in testamento plenius obseruetur; Si vero aliquis non distribuisset, vel dispensasset pro anima talis defuncti bona sua infra annum post mortem ipsius testatoris, vel codicillantis, ut dictum est, tunc dicta bona deueniant Domui Dei, siue Hospitali Sancti Nazarij de Iustinopoli pro anima illius, cuius bona fuerint; Et ut Procuratores dictae Domus Dei, siue Hospitalis in hoc curam habeant feruentiorem dicimus, & Statuimus, quod dicti Procuratores de cetero habent, & habere debeant solidos quinque pariorum pro libra de omni eo, quod recuperauerint, & inuenient modo praedicto dicto Hospitali; Et quia multae fraudes, & usurpationes committuntur in ijs in detrimentum animarum suarum aqua prouisione disponimus, quod de cetero omnes personae, quae quomodo cumque tenentur facere dispensationes huiusmodi, cum eas fecerint ire teneantur in continentia ad Dominum Potestatem cum ijs qui receperint, & habuerint de bonis talis defuncti; Qui Dominus Potestas debeat, & tenetur tunc omnes praedictos interrogare cautè, & examinare sub vinculo Sacramenti, si aliqua fraus committitur in talibus dispensationibus sub aliquo velamine, & decernere, & cognoscere, si intentio testatoris, vel codicillantis cum integritate executioni mandatur per modum quod nulla in eis deceptio, usurpatio, vel cauillatio committantur; Et facta diligenti examinatione super inde faciat ipse Dominus Potestas, si sibi videbitur praedicta recto tramite procedere tali commissario, vel furnitori fieri suam confessionem de tali dispensatione per eum facta, & si aliter fieret omni careat firmitate; Et si quo tempore repetiretur aliquam fraudem fuisse modo aliquo, causa, nomine, vel forma, commissam in dispensatione, vel distributione bonorum alicuius defuncti per aliquam personam contra intentionem praesentis ordinis, & statuti, debeant omnino praedicta bona sineulla remissione Hospitali praedicto Sancti Nazarij deuenire, & nihilominus tales deceptores ad penam valoris praedictorum bonorum debeant condemnari; Habendo dicti Procuratores ipsius Hospitalis Sancti Nazarij, qui vigiles, & solliciti in recuperando fuerint talia bona dicto Hospitali, quartam partem tam bonorum ipsorum, quam penę supradictae, & reliquę tres partes ipsius penę deueniant communi, non obstante, quod in talibus dispensationibus fraudolenter factis interposita esset auctoritas alicuius Domini Potestatis, quae in hoc casu haberetur tamquam si interposita non fuisset.

STATUIMUS, vt omnis genitor tutelam habeat filiorum suorum, & bonorum illorum matre defuncta, nisi ab ipsa aliis, vel consanguineus, vel extraneus tutor eisdem in bonis testamento fuerit constitutus.

Item De Eodem. Cap. L V.

ITEM dicimus, quod mortuo Patre, mater sit filiorum suorum tutrix, si Pater eisdem alium tutorem non statuerit in testamento, & hanc tutelam habeat, donec castè vixerit viduata, nam si de vitio incontinentiae accusaretur, aut dilapidatione bonorum coram Præside cognoscatur; Et si minus bene eam fecisse contigerit, alteri plus idoneo tribuatur. Ille autem qui utroque parente defuncto sine tute remanserit, tutor ei dabitur à Prætore, & eius tutela propinquiori plus offerenti, & magis idoneo concedatur, dando bonam securitatem reddendæ rationis suæ tutelæ pro vt domino Potestati videbitur expedire; Sed concessa illa tutela, si Domino Potestati videretur, quod ille qui habuerit dictam tutelam, non sit idoneus, quod tunc sit in eius libertate, communicato consilio suorum Iudicium, duorum Propinquorum pupilli, vel pupillæ, vnius ex Vice Dominis, & Procuratorum Ecclesiæ Cathedralis Iustinopolis, infra spatum octo dierum, de nouo alteri propinquo, & magis idoneo dictam tutelam conferendi, dando bonam securitatem vt supra, non obstante, quod ipse noluerit conferre tale præmium, quale obtulerat ille cui primo fuisset concessa. Præterea si quis homo, vel mulier habens filios, vel filias ætate carentes decesserit ab intestato, quod Dominatio Iustinopolis communicato consilio vt supra de augumento, & utilitate pupillorum, & pupillarum teneatur prouidere secundum quantitatem bonorum, & qualitatem eorumdem pupillorum, vel pupillarum pro vt videbitur Domino Potestati, & Consilio magis fore iustum, sub tutela, & protectione quorumcumque peruererint tales pupilli excepto Patre, statuto aliquo non obstante.

Item de Eodem. Cap. L VI.

ITEM statuimus, quod tam vir, quam mulier, qui, vel quæ viduauerit per annum habeat, & habere debet lectum cum plumatio, cultræ, & linteaminibus, si tempore decessus alicuius eorum lectum habuerint, solutis prius debitis vxoris, vel viri præmortui, quoniam inconueniens videretur, & esset, alterutrum eorum eiusmodi lectum habere debere ipsum lectum non habendo, vel de bonis creditorum.

ITem statuimus , vt omnis tutor , vel tutrix vtriusque sexus teneatur bona filiorum , seu aliorum tenere in culmo , quos cum bonis habuerit in tenu-
ta ; Et omnis tutor , seu tutrix infra triginta dies bona vniuersa pupillorum
abbreviari facere teneatur , & de illis omnibus duo Inuentaria facere in Au-
thentico , quorum vnum tutor vtriusque sexus dare teneatur in manibus
Fratrum minorum de Iustinopoli vicedominatum infra dictum terminum ,
Aliud vero Inuentarium maneat in manibus tutoris , vel tutorum vtriusque
sexus , & si tutor , vel tutrix negligens fuerit ad dicta inuentaria peragenda
cadat ad penam librarum vigintiquinque paruorum communi componen-
darum , & nihilominus inuentaria facere teneatur , vt praedictum est sub
pena praedicta , in sequentibus triginta diebus quoties contrafecerint ; Et si
bona pertinetia pupillis vtriusque sexus , qua in Inuentarijs scripta non
fuerint ordinatè , tutor partem , siue ius , quod habebat , vel se habere crede-
bat in illa re celata in inuentarijs non posita , amittat , silicet illa bona in inte-
grum redeant ad pupillum ; Præter illos , qui constituti fuerint tutores , in
absentia , si intra triginta dies refutabunt tutoriam , in praedictis non teneantur ;
Quæ Inuentaria fieri debeat in præsentia duorum de propinquioribus pupil-
lorum vtriusque sexus parens ; Et si propinqui non fuerint , fiant auctoritate
Domini Potestatis ; Et si qua celabit à centum solidis supra , quæ in
Inventario scripta non fuerint , amittat tutelam , & partem illius rei celatae ;
Et si quis homo , vel mulier haberet bona alicuius pupilli in sua tenuta , ille
vel illa teneatur monstrare , & assignare tutori , vel tutoribus infra spatiū
quindecim dierum , postquam fuerit à tute re quisitus , vel à tutoribus sub
pena praedicta ; Et si qua celabit tutori vel tutoribus à viginti solidis infra
non teneatur in dicta pena , sed componat ei in duplo , salvo iure vtriusque
partis ; Et si quis tutor , excepto Patre , fuerit de incontinentia accusatus ,
vel de bonorum dilapidatione , alteri propinquuo suo plus idoneo magis of-
ferenti eius bona , & tutela tribuatur secundum quod Potestati melius vi-
debitur expedire ; Et si pupillus , vel pupilla postquam peruererit ad æta-
tem , voluerit recedere à tute cum bonis suis , teneatur tutori eidem pupil-
lo bona immobilia eiusdem pupilli consignare tantummodo in illo tempore ,
mense , siue ebdomada , in quo tutor suscepit tutelam talis pupilli , & bono-
rum eius , sicut ipsa bona erunt , & reperientur tempore designationis , &
aliter dictus tutor vel alio tempore , quam praedicto non teneatur bona præ-
dicta immobilia consignare ; Præterea si mater defuncto viro tutrix filio-
rum suorum se maritauerit ante tempus etatis dictorum pupillorum , alio
tempore , quam praedicto mense , & hebdomada , quo inuenientur inuenta-
ria bonorum dictorum Pupillorum fore facta , teneatur dictus tutor , &
tutrix soluere integrè , & satisfacere sequenti tutori , vel tutoribus vtriusque
sexus ipsorum pupillorum omnes expensas oportunas , & necessarias ad la-
borandum vineas , & possessiones dictorum pupillorum , & expensas victus , &
vesti-

vestitus dictorū pupillorū usque ad tēpus quo inueniētur inuentaria honorū
 pupillorum fore facta; Et dicti sequentes tutores teneantur bona immobilia
 dictorum pupillorum eisdem pupillis assignare illo mense, & hebdomada,
 quo facta fuerint dicta Inuentaria per primam tutricem, & tutorem ipsis pu-
 pillis ad ætatem peruentis; Bona vero mobilia tutor dare teneatur pupillo
 completa ætate omni tempore, quo ab ipso fuerit requisitus; Et liceat cuili-
 bet pupillo vtriusque sexus infra decem annos proximos completa ætate,
 quandocumque voluerit infra dictum tempus ius suum petere, & rationem,
 de bonis suis tutori, vel tutoribus vtriusque sexus. Et ipse tutor, vel tutrix di-
 etiam rationem, siue ius ostendere teneatur, quotiescumque infra dictum
 tempus fuerit requisitus; Sed transactis decem annis prædictis non teneatur
 aliquis tutor vtriusque sexus aliquam rationem, siue ius de eius tutela ostendere,
 vel monstrare alicui, nec in aliquo respondere; Et tutela Viri sit com-
 pletis annis quindecim, & tutela mulieris sit completis quatuordecim
 annis; Et quod nemo vtriusque sexus possit se obligare, vel bona sua
 mobilia, & immobilia vendere, obligare, vel modo aliquo alienare an-
 tē completam ætatem viginti annorum sine verbo Prætoris, & præsentibus
 duobus ex propinquioribus constitutis à Potestate, & nominatis in
 Instrumento obligationis, venditionis, vel alienationis, & si propinquus care-
 ret, quod tunc auctoritate Domini Potestatis prædicta possint fieri; Et si al-
 ter factum fuerit, omnino emptor, qui emerit, vel obligationem reperit
 amittat, & talis venditio, alienatio, seu obligatio careat firmitate; Sed trans-
 actis quatuordecim annis grauatus infirmitate possit condere testamentum
 de consilio suorum propinquorum, & si careret propinquus, auctoritate Do-
 mini Potestatis; Et homo completis quatuordecim annis possit contrahere
 matrimonium de consilio suorum propinquorum, & esse vt frater & soror
 de suis bonis; Et mulier similiter transactis tredecim annis possit contrahere
 matrimonium, & condere testamentum præsentibus tute, vel tutoribus
 suis, & duobus ex propinquis ipsius mulieris magis idoneis, aut auctoritate
 domini Potestatis si propinquus careret in Iustinopoli; Item quod bona im-
 mobilia pupillorum modo aliquo, vel ingenio non possint vendi, obligari, vel
 alienari causa alendi ipsos pupillos, nisi auctoritate domini Potestatis, & præ-
 sentibus duobus suis propinquis à domino Potestate constitutis; Item addi-
 tum est, quod quasi continuè solent testatores, & codicillantes pupillis con-
 dictionem ponere, quod si decederent ante ætatem perfectam, aut legitimā
 ætatem tunc bona ipsius relicta deueniant pro vt disponere voluerint, sed
 quia ob huiusmodi ætatem in aliqua parte statuti communis haec tenus non
 declarata sunt, siue quæstio veniat; Ideò volentes tales litem, siue quæstio-
 nem de cætero penitus euitare, Statuimus, & declaramus, quod deinceps
 masculum huiusmodi ætatem habere intelligatur, & habeat completis qua-
 tuordecim annis; Fæmina vero cum annos tresdecim transuerit; Et quod
 tam vir, quam mulier cum iugo matrimonij colla submiserint, licet ætatem
 annorum viginti non haberet, possit, & valeat se obligare, contrahere, paci-
 sci,

sci, omnia sua mobilia, & immobilia vendere, & obligare, & modo quolibet alienare pro ut quilibet homo completa ætate annorum viginti facere, & exercere potest.

De Eodem. Cap. L VI II.

Item statuimus, quod quandocumque contigerit aliquem vttiusque sexus petere; qui fuerit temporis quindecim annorum, & inde supra usque ad tempus viginti annorum, velle cognoscere bona, quæ fuerint in potestate alicuius tutoris sui, vel tutricis, vlo modo securitatem aliquam confessionis de receptione dictorum bonorum, seu de parte ipsorum, vel aliquam contentionem, seu refutationem facere non valeat, nisi praesentibus duobus ex pupilli prædicti propinquis per dominum Potestatem constitutis ad prædicta; Saluo quod si contigerit dictum pupillum vel pupillam carere propinquis in ciuitate Iustinopolis, quod tunc dominus Potestas constitutat duos alios, quos sibi placuerit ad prædicta, & aliter quidem facta careant firmitatem; Et quod bona mobilia pupillorum antequam ponantur in Inuentarijs, aestimentur in denarijs per duos propinquos pupillorum constitutos per dominum Potestatem, & secundum, aestimationem factam ponantur in Inuentarijs; Et si tutor noluerit accipere dicta bona mobilia secundum aestimationem inde factam, tunc dicta bona vendantur ad incantum in platea communis per dictos propinquos, & denarij inde accepti ponantur in Inuentarijs nomine, & vice dictorum pupillorum; Item additum est, quod tutor teneatur restituere pupillo bona in illo tempore, mense, & hebdomada, in quo tutor suscepit tutelam talis pupilli, & bonorum eius; Et prorerea Notarij, qui Inuentaria fecerint teneantur sub pena librarum vigintiquinque paruorum mentionem facere de receptione huiusmodi tutelæ, videlicet quando tutor eam susceperit, & mentionem etiam facere in dictis Inuentarijs de tempore decessus talis defuncti, si sciri poterit de ipso. Item quod quandocumque contigerit, quod aliquis pupillus, seu pupilli decesserint in pupillari crate, latim ipso pupillo, vel pupilla mortuo, vel mortua, succedens in bonis suis habere debeat omnia bona ipsius pupilli, vel pupillæ pro ut reperiatur esse tempore decessus talis pupilli; vel pupillæ, restituendo, seu designando dictus talis qui fuerat tutor, quemadmodum sit extra tutelam prædictam, ipsa bona in ea laboratura, qua ea haberit, & susceperit tempore receptionis tutelæ, saluo si talis qui fuerit tutor fecerit expensas alias in ipsis bonis ultra id quod tenebatur ex debito, quod successor in ipsis bonis ipsius expensas dicto tali, qui fuerit tutor, solvere teneatur sub pena dupli, videlicet expensas illius anni tantum.

De Eodem. Cap. LIX.

Tem statuimus, & ordinamus, quod si aliqua persona vtriusque sexus petere voluerit aliquid super bonis alicuius pupilli, qui pupillus vtriusque sexus habuerit duos tutores, citari debeant ad respondendum pro ipso pupillo, vel pupilla; Si vero aliquis non inueniretur eorum, ille qui non inueniretur, citetur secundum formam iuris; Et si plures essent tutores, quod maior pars eorum teneatur, & debeat respondere in iure; Similem modum obseruare teneantur tutores in petendo aliquid pro pupillis; Et si duo vel plures essent tutores alicuius pupilli, vel pupillæ in bonis paternis, siue maternis, & tutor in bonis paternis decederet, quod ille tutor, qui est in bonis maternis, etiam debeat esse tutor in dictis bonis paternis; Et è conuerso si tutor in bonis maternis decederet, similiter tutor bonorum paternorum esse debeat tutor in dictis bonis maternis, & hoc ne bona ipsa dilacerentur, salvo si per testamentum vel codicillum in contrarium fuisse prouisum, & ordinatum.

De Citationibus in iure. Cap. L X.

Statuimus, quod qui fuerit citatus in iure, & non venerit, ponatur in sententia à libris quinque inferius pro primo præcepto, & si secundo fuerit citatus in iure sententietur usque ad summam librarum decem parvorum si non venerit; Si autem tertia vice citabitur aliquis, & non venerit ponatur in sententia pro absente de quacumque summa, & quantitate; Et quilibet Cancellarius non audeat, vel præsumat scribere aliquod præceptum, nisi officialis primò manifestabit cancellario se fecisse tale præceptum, & hoc intelligatur inter ciues, habitatores & districtuales Iustinopolis; Inter Ciues, & Forenses, & inter forenses, & ciues, & inter forenses, & forenses fiat omni tempore ius summarium pro primo præcepto, non obstante aliquo die feriato, per dominum Potestatem sicut sibi videbitur secundum Deum, ius, & iustitiam; Declarantes, quod omnibus existentibus in partibus Istriæ illa eadem ratio, quam nobis, & ciuibus, nostrisque subditis in suis locis præsterit, illis apud nos æquo animo æquanimiter obseruetur.

De Debitis Persoluendis. Cap. L XI.

Statuimus, & ordinamus, quod si aliquis vendiderit vinum tabernarijs, vel alijs personis, quod ille, qui emerit tale vinum soluere teneatur venditori infra tertiam diem, postquam lamentatio fiet coram domino Potestate in pena quarti, si pactum aliquod aliud, vel terminus inter partes non fuerit declaratum; Et si pactum aliquod foret, & tabernarius, vel aliqua alia persona non obseruauerit pacta, quæ habuerit cum venditore, & lamentatio de hoc fiet coram domino Potesta-

te, quod præcipiatur tunc per dominum Potestatem tabernario, vel alia personæ ut solutionem faciant venditori infra tertium diem proximum post limentationem in pena quarti; Et sic intelligatur de omnibus alijs mercationibus venditis simili modo; Et non liceat tabernario, vel tabernarijs, qui emerint vinum, ponere aliud vinum ad manus in taberna, vel tabernis, donec solutionem non compleuerint venditori, vel cum venditore fuerint in concordio, sub pena librarum quatuor parvorum, quoties contrafecerint; Et illud idem intelligatur de Casatico, & Naulo, & fictibus Molendinorū vnius anni, tamen ostendendo rei veritatem sic esse; Quod præcipiatur debitori, quod soluat infra tertium diem solutionem faciendam creditori sub pena quarti, vel detur licentia Patrono domus accipiendo tot de bonis mobilibus in quilini, ipso in quilino manente in domo, quot satisfaciat pensionem domus; Et etiam intelligatur de quocumque factu cuiuscumque manierei per cartam, vel aliter ostendendo sine carta, quod præcipiatur in pena quarti debitori fieri solutionem creditori infra tertium diem ut dictum est; Intelligendo quod si aliquis contraxerit, vel spalmauerit cum aliqua persona aliquod forum per terminos de aliqua mercatione rerum mobilium teneatur, & debeat illud forum in scriptus denotare, vel coram sporcanis, vel testibus fide dignis vel per publicum Instrumentum clarescere, vel publicare; Et si aliter factum fuerit forum careat firmitate.

De Debitoribus alicuius committentibus aliquem excessum.
Cap. L X I I .

STATUIMUS, & ordinamus, quod si contigerit aliquem vel aliquos, qui fuerint debitores alicuius in aliquo debito, vel obligatione per instrumenta committere aliquem excessum contra Dominum Potestatem, aut communem ciuitatis Iustinopolis modo aliquo, per quem dictus talis debitor, seu debitores fuerint condemnati liceat creditori, vel creditoribus talis, seu talium, qui commiserint huiusmodi excessum petere solutionem sui debiti, seu obligationis, & vti iure suo contra ipsum debitorem, & eius bona si fuerit anterior creditor vel creditores per publica Instrumenta excessu commissio per eundem sine aliqua contradictione communis praedicti; Nam qui prior in tempore potior est in iure.

De Scriptis Manuum. Cap. L X I I I .

STATUTUM est quod quilibet scriptum manuum factum manu alicuius debitoris sit anterius alijs debitis talis debitoris solummodo à die, qua creditor in iure praesentauerit tale scriptum, & petierit debitori denarios in tali scripto contentos, apprendo de tali presentatione facta, & petitione publicum Instrumentum, vel scriptura æqui polens scripta per cancellarium; Et aliter non intelligatur fore praesentatum; Omnia scripta manuum, si qua apparebunt

bunt post mortem debitoris , vel debitorum sint æqualia , & ad vnum tempus , & non intelligantur vnum anterius alio .

De Debitoribus fugitiis venientibus Iustinopolim temporibus feriarum .

Cap. L X I I I I.

STATUTUM , & ordinatum est ; quod si debitor alicuius tempore reddenda rationis non poterit inueniri in ciuitate Iustinopolis , per præconem communis ad requisitionem sui creditoris , vel creditorum facta varentatione de hoc Domino Potestati per Præconem , qui eos tales debitores se requisiſſe varentabit per tres dies in ciuitate , & ad domum suam , nec eos inuenierit , & postea diebus seu temporibus feriarum venerint illi tales debitores in ciuitate Iustinopolis , tunc dominus Potestas facere debeat rationem creditoribus ipsorum Debitorum , quemadmodum diebus iuridicis ratio tediumt vnicuique petenti . Et quod non licet ipsis talibus debitoribus fugitiis vllomodo manere de extra ciuitatem , in districtu , seu confinibus ciuitatis Iustinopolis ; Qui si reperiſſent possent in dicto districtu , & cōfinibus , lictum sit eorum creditoribus , habita licentia à domino Potestate capere , seu capi facere ipsos suos debitores cum nuncio , & auxilio domini Potestatis , & eos conducere , seu conduci facere in dominio domini Potestatis ; Quos Debitores tunc dominus Potestas detineri faciat ; & eiſdem iniungere , quod aut soluant statim creditoribus illis , pro quibus detinentur , aut præſtent bonam , & idoneā cautionem , & securitatem de stando , & patendo iuri ad ea quae sibi peterentur per ipsos suos creditores tempore rationis reddenda ; Quam solutionem si non facient statim , aut si non preſtabunt huiusmodi securitatem debeat tūc dominus Potestas tales debitores facere ponit in captititate , & eosdem ibidem detineri facere donec fuerint in concordio cum creditoribus suis , ad quorum petitionem detenti fuerint non obſtantē ad hoc capitulo statuti loquentis de Ferijs constitutis , consistendo in discretione domini Potestatis , qui pro tempore fuerit ad cognoscendum tales debitores , siue fugitiuos .

De Instrumentis Renouandis . Cap. L XV .

STATUIMUS , quod nullum Instrumentum , siue scriptum manus alicuius debiti continens de ciue ad ciuem valeat transactis decem annis à confectione Instrumenti siue scripti manus , nisi fuerit renouatum , in rando tamen debitor principalis illud debitum esse solutum ; Testamenta vero , & instrumenta dotium in rebus mobilibus tantum debeant renouari infra dictum tempus , aliter quidem non valeant ; Praeterquam nullum præiudicium valent in pupillis generare nec conditionibus testamentorum ; Sed præiudicium valeat generare tutoribus , & illis sub quorum protectione fuerint tales pupilli , in suis bonis proprijs ; Et hoc intelligatur tantum de illis tutoribus , & personis , qui , & qua confessi fuerint habere bona talium pupillorum in-

eorum potestate, tenuta, & administratione; Et liceat vnicuique creditori, quandocumque sibi placuerit ante tempus decem annorum sui Instrumenti, siue scripti manus facere renouari instrumentum, vel instrumenta debitidotium, & testamentorum in denarijs, & bonis mobilibus tantum, ut dictum est super omnes debitores, qui inueniri poterunt, in ciuitate; Et si aliquis debitor, vel debitores habeti, vel inueniri non poterunt in ciuitate, & quæsito debitore, vel debitoribus per praconem semel, bis, & tertio, & auditaventatione praconis, quod non poterit inuenire ipsum debitorem, vel debitores in ciuitate, tunc Potestas, qui pro tempore fuerit in regime ciuitatis teneatur dictum instrumentum, vel instrumenta, siue scripta facere renouari per cancellarium, & illa renouatio taliter facta valeat tamquam debitor præsens esset; Et si aliquod Instrumentum siue scriptum præterierit tempus decem annorum, & debitor seu debitores illius instrumenti, siue scripti in iure debitum non negaret, Dicimus, quod eius confessio de inde in antea in suis bonis debitoris debeat præiudicare, tamen anterioribus creditoribus nullum faciat nocumentum; Et teneatur Cancellarius, qui renouabit instrumenta, illa instrumenta renouata cum instrumento veteri præsentare Vicedominis, vel Vice Domino; Et Vice Domini ipsa instrumenta recipere teneantur; Et quod sententijs latis per dominum Potestatem nullum spatium temporis præiudicium valeat generare.

Quod aliqua Præscriptio temporis præiudicium generare non possit alicui Instrumentum conseruationis habenti pro aliquo debito, in quo ipse fuerit obligatus. Cap. L.X.V.I.

STATUTUM, & ordinatum est, quod aliqua præscriptio temporis non possit, nec valeat generare præiudicium alicui habenti instrumentum conseruationis indemnitas pro aliquo debito in quo ipse fuerit obligatus, licet infra tempus decem annorum non fuerit renouatum, sed si ille qui habuerit tale instrumentum conseruationis soluerit debitum pro quo sibi factum fuerit dictum instrumentum conseruationis, vel inde aliquod damnum substituerit, quod tunc ille talis, qui habuerit Instrumentum conseruationis, vel plures fuerint, postquam soluerint debitum, aut inde damnum substituerint, si solutionem non receperint de eodem debito, teneantur tantummodo facere renouare suum instrumentum conseruationis infra spatium decem annorum; Incipiendo terminum prædictorum decem annorum à die, qua fecerint solutionem talis debiti, vel damnum aliquod substituerint, quod si tunc renouari non fecerint infra dictum tempus, habeant sibi damnum; Et in talibus Instrumentis renouandis obseruari debeat modus, & forma supradicti statuti loquentis de Instrumentis renouandis; Et hoc intelligatur de Instrumentis tam factis, quam fiendis.

De Prescriptione temporis Instrumentorum Debiti ciuium, & forensium.
Cap. L X V I I .

I Tem statuimus, & ordinamus, quod quilibet forensis habitator Iustinopolis habens aliquod instrumentum debiti super aliquem ciuem Iustinopolis vtriusque sexus, illud renouari faciat infra terminum quindecim annoiū, quandocumque infra dictum tempus ei placuerit, obseruando modo supra scripti capituli continentis de instrumentis renouandis, aliter quidem instrumenta non valeant; Et sic facere teneantur forenses extranei non habitates Iustinopolis, qui etiam sua instrumenta debiti, quæ habuerint super aliquem conciuem Iustinopolis, teneantur facere renouari modo, & ordine supradictis infra terminum viginti annorum, aliter non valeant; Et similem modum obseruare teneantur ciues Iustinopolis de suis instrumentis debiti, quæ habuerint super forenses habitatores, & forenses non habitantes Iustinopoli; Et quod omnia Instrumenta debiti continentia de forense ad forensem debeant renouari infra terminum viginti annorum modo & forma praedictis, aliter valere non valeant, nec debeant.

De ijs qui debent esse vt, frater, & soror in eorum matrimonio . Cap. LXVIII.

I Tem statuimus, quod quilibet vtriusque sexus esse debeat vt frater, & soror in quolibet matrimonio facto in ciuitate Iustinopolis, & in districtu secundum consuetudinem Iustinopolis, nisi per publicum Instrumentum contrarium demonstraretur; Et si aliquis vtriusque sexus bona sua, aut partem illorum, conditionata habuerit, de illis bonis conditionatis non debeant esse, vt frater, & soror; De ijs autem, quæ conditionata non fuerint esse valeant vt frater, & soror, præterquam in matrimonio sclauorum villarum vetus consuetudo ipsorum in eorum matrimonio obseruetur.

De debito ante Contractum Matrimonij . Cap. L X I X .

STATUIMUS, & ordinamus, quod si quis vtriusque sexus habuerit debitum antè contractum matrimonij sui, quod debitum foret ad soluendum, & vir cum vxore fuerit vt frater, & soror in matrimonio, quod de bonis illius debitoris, si fuerit viri, de bonis viri tantum illud debitum; siue debita persoluantur; & solutis illis debitis, si aliquid superabbundauerit de bonis ipsius viri, illud quod superabbundauerit commune esse debeat inter ipsos virum, & vxorem cum bonis etiam praefatae vxoris; Et illud dicimus de muliere, si debitum habuerit antè contractum matrimonij, vt praedicitur, quod foret ad persoluendum; Et non liceat alicui creditori, vel creditoribus pro aliquo debito facto tam viri quam vxoris antè contractum matrimonij, vt praedicitur, si debitum fuerit viri, solutionem consequi, vel habere in bonis aliquibus quæ fuissent mulieris ante-

contra^ctum matrimonium cum viro ; Et si debitum fuerit vxoris non liceat creditoribus consequi , vel habere solutionem in bonis a liquibus quæ fuissent viri ; Salvo tamen , quod mortua vxore creditores viri pro omnibus debitibus possint bona illius viri conuincere , quæ sibi venerint in parte ratione fratris , & sororis de bonis vxoris ; Et è conuerso , mortuo viro creditores mulieris possint conuincere bona ipsius mulieris , quæ sibi venerint in partem ratione fratris , & sororis de bonis viri ; Hoc etiam addito , quod si vir tam viaendo cum vxore quam sine vxore aliquid acquisuerit , liceat creditoribus illius viri pro omnibus debitibus partem viri acquisitorum conuincere . Et creditores mulieris simili modo partem acquisitorum mulieris etiam conuincere possint .

De Eodem . Cap. LXX.

I Tem statuimus , quod si vir simul cum vxore fecerit debitum ita quod ambo iugales in solidum , vel diuisim obligati sint in instrumento vel instrumentis debiti , liceat creditor , vel creditoribus alterum ipsorum pro integro debito conuincere absque procuratione vxoris , & vir liberum arbitrium habeat pro illo debito vel debitibus ponendi de bonis communibus viri , & vxoris ad æstimatoriam usque ad satisfactionem illius debiti , vel debitorum ; Et si contigerit virum fecisse debitum absque vxore cum eo obligata mulier in illo debito nullo modo teneatur , salvo quod si vir habuerit acquisita ultra primum capitale bonorum omnium viri , & vxoris habitorum in contractu matrimonij eorum , & mulier voluerit portionem illius acquisiti , vel acquisitorum , partem debiti facti per virum absque ipsa etiam soluere teneatur ; Et si perditio fuerit plus conquisito non intelligatur esse conquisitum ; Et quandocumque intercesserit quaestio capiendi partem debitorum , & partem acquisitorum , Potes^tas compellat illum , vel illos utriusque sexus , qui possiderint bona infra spatium quindecim dierum dare in scriptis parti aduersa petenti capitale omnium bonorum , & acquisita omnia ; Et si qua celabit amittat partem illius rei , quam celabit , quæ pars celata deueniat parti petenti ; Et tunc Potes^tas compellat in dicto termino aliam partem capere debitorum , aut acquisitorum , vel non .

*Quod Pars Debitorum , & Acquisitorum capi non possit nisi in dece^ssu aliqui*s iugal*is . Cap. LXXI.*

Q uæstio autem capiendi partem debitorum aut acquisitorum non possit fieri , nec cognosci per Potes^tatem nisi in dece^ssu alicuius iugalium tam viri , quam vxoris ; Et si vxor tenuerit se ad primum capitale & recusauerit patem acquisitorum , & debitorum , bona acquisita per virum sint viri , & suorum heredum , & successorum cum legatis omnibus , vel dimissis dicto viro ; Et bona pertinentia vxori iure legati , vel successionis alicuius sint vxoris saluis conditionibus testamentorum .

STATUTUM, & ordinatum est, quod si in decessu aliquorum iugalium, vel post, aliqua mulier, vel eius hæredes aut aliquis utriusque sexus eius nomine recusauerit partem debitorum, & acquisitorum factorum, & habitorum per ipsam mulierem, & virum eius, vel alterum ipsorum iugalium, & se tenuerit ad primum capitale bonorum in contractu matrimonij eorumdem iugalium, pro primo capitali bonorum mobilium tantum iugalium talium habeantur bona mobilia, quæ reperta fuerint predictos iugales habuisse tempore obitus alicuius ipsorum; Et hoc si bona mobilia, quæ predicti iugales habuerint in contractu eorum matrimonij non fuerint in Instrumento dotis scripta; Et si æstimata fuerint talia mobilia bona, illa bona mobilia æstimata pro primo capitali bonorum mobilium talium iugalium habeatur.

Quod Nullus Contractus factus inter Virum, & Vxorem valeat.
Cap. L X XII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod de cetero nullus contractus debiti, vel alius obligationis habitus inter virum, & vxorem post contractum matrimonij valeat, nec teneat præter dispositionem ultimæ voluntatis, ita tamen quod deinceps nullo modo concedatur licentia, neque auctoritas hominibus ad faciendum aliquod contracambium vxoribus suis, ut ipsæ eis consentiantur ad vendendum de parte suorum bonorum, cum huiusmodi auctoritas ad finem in maximum damnum eorum reuerti possit.

Quod Vxor possit petere prouisionem super bonis Viri, si Vir qui contraxerit cum ea secundum consuetudinem Venetiarum vendiderit de bonis suis dotalibus ingestimatis. Cap. L X X I I I I.

ITEM statuimus, si contigerit deinceps aliquis qui contraxerit matrimonium cum vxore secundum consuetudinem Venetiarum motu proprio vendere, vel aliquo modo alienare de bonis, quæ Vxor eius habuerit in dote, sicut æstimatis, & ipse talis inordinatè de ciuitate recesserit suo male gesto, seu etiam in ciuitate permanendo eam non tenuerit suo defectu, & culpa, seu tenere, & tractare noluerit pro ut debebit; Quod talis vxor ne eat turpiter mendicando, statim possit recurrere ad Potestate, & petere prouisionem sibi necessariam super bonis viri, & si Vir eius non habuerit amplius bona super quibus possit habere prouisionem predictam, quod tunc vxor possit recurrere super bonis, quæ fuerint ipsius per ipsum alienatis occasione huiusmodi suæ prouisionis sibi fiendæ, & petere prouisionem à Domino Potestate quam habere debeat secundum discretionem domini Potestatis, & secundum quantitatem dotis, & qualitatem mulieris.

I Tem statutum est, quod mulier habēs Virum nullam potestatem habeat vendendi, vel alienandi alicui aliqua bona mobilia, & immobilia sine verbo, & licentia viri sui, & si faceret, omnino careat firmitate; Et si spalmauerit aliquod forum absque licentia viri sui, ipsam nulla pena teneri; Præter mulieres habentes virum, quæ vtuntur mercatoribus, ut sunt Vendiricula, Tabernariae, & Panicocolæ.

De Pactis, & Conventionibus Vsurariorum. Cap. LXXVI.

STATUIMUS, & ordinamus, quod quilibet Iudeus, & Iudea, vel alia quævis persona volens mutuare ad usuram, & bācum tenere Iustinopoli debeat se scribi facere in Cancellaria communis; Qui verò Iudei, vel alia quævis persona teneātur habere, & mutuare populo ciuibus, & habitatoribus Iustiniopolis & eius districtus usque ad summam Ducatorum millium ad minus si necesse erit, & requisiti fuerint in ratione paruorum duorum cum dimidio in mense pro singula libra, habendo dicti Iudei, vel alia quævis persona pacta, & conditiones inferius annotatas. Primo quod debeant mutuare ad bancū publicum ciuibus, & habitatoribus Iustinopolis, & districtus super bonis pignoribus mobilibus, & habere pro prodesse vltra suum capitale pro quolibet mense paruulos duos cum dimidio pro singula libra in mense; Et si dicti Iudei, vel aliae quequæ personæ accepissent alicui personæ ciui vel districtuali vltra paruulos duos cum dimidio in mense pro singula libra in mense, capitale perdere debeat; Item quod debeant tenere pignora, usque ad unum annum, si tantum tempus patroni pignorum sibi dimiserunt, & transacto anno, debeat præsentare, seu denunciare Domino Potestati, & Capitaneo de venditione pignorum quæ voluerint vendere; Quæ pignora debeant incantare illud plus quod accepisset vltra dictos paruulos duos cū dimidio, & tantumdem pro pena, publicè super platea communis, tribus Dominicis successiuè, & ipsa sic incantata vendi, & deliberari debeant plus offerentibus; Et in casu, quo dicta pignora non venderentur ad summā capitalis, & prodis, quod tunc illi, quorū dicta pignora fuerint, supplere teneātur integraliter debitum prædictorum, ita tamen quod ipsi debitores sui possint, & valiant constringi ad carceres, & quod possint exigere usuram prædictam transacto anno primo de alijs pro quibus non essent soluti tēpore præterito; Item quod possint mutuare forensibus pro ut melius poterunt; Item quod si aliqua questio, vel contentio de quantitate pecunie inter dantem, & accipientem pignora ostiretur, volumus quod eis credatur sub suo sacramento; Item quod aliqui Iudei, vel Iudeæ, vel aliquæ quævis personæ de eorum familia non possint aggrauari, vel molestari pro aliquibus factionibus, nec angarijs realibus, nec personalibus in ciuitate Iustinopolis, vel districtus; Et quod Dominus Potestas, qui pro tempore erit non permittat eos molestari à Domino Inquisitore, nec aliqua persona ecclesiastica modo aliquo, forma causa vel ingenio, & quod possint cele-

celebrare, & facere eorum festa cum alijs Iudeis venturis secundum eorum legem, & consuetudinem de licentia tamen, & consensu domini Potestatis qui pro tempore erit; Item absoluimus, quod possint portare signaculum. (O) neque aliquod aliud signum; Item, quod si aliquod pignus deuastaretur occasione murium, vel tarmarum, vel si domus eorum casualiter esset combusta, quod ad emmendationem dictorum pignorum non teneantur; Et si milititer si derobaretur, quod legitimè probarent, ad mendam etiam dictorum pignorum non teneantur; Nihilominus ad custodiam dictorum pignorum, & conseruationem bona fide, & eorum posse teneantur; Item quod Beccarij ciuitatis Iustinopolis teneantur dare dictis Iudeis, & eorum familiae carnes pro illo pretio, ut dant alijs personis, & permittere iugulari animalia secundum eorum legem; Item quod dicti Iudei possint mercari, emere, vendere, secundum alij mercatores Iustinopolis tam bona mobilia, quam immobilia, & etiam datia emere possint; Item quod possint recedere à ciuitate Iustinopolis ad omne eorum voluntatis libitum, cum condicione tamen, quod quando recedere voluerint, teneantur facere proclaimari per quatuor menses antea, ita quod quilibet possit sua pignora recuperare, qua pignora non recuperata possint vendi ut supradictum est; Et reseruato, quod non possint astringere aliquem suum debitorem, nisi completus fuerit annus à die, à quo sibi mutuauerit pecuniam; Item si dicti Iudei, vel quævis alia personæ vellent discedere Iustinopoli causa etudi pro eorum negotijs peragendis ad alias partes, quod eis liceat, sed debeant dimittere loco ipsorum alios Iudeos in domo sua vel ad bancum suum in Iustinopoli; Verum teneantur, & debeant tales Iudei remanentes, & dimissi esse obligati ad obseruandum omnia eorum pacta; Item quod possint habere locum, vel territorium, vbi sepeliantur designatum per Dominum Potestatem, & Capitanum Iustinopolis; Item quod in die Sabbati, vel eorum festis non tencantur mutuare ad usuram; Itē quod debeant tractari, & reputari, sicut tractantur, & reputantur alii ciues, & habitatores Iustinopolis; Item quod possint mutuare super instrumenta, & scripta manuum, si eis placebit in ratione parvolorum trium pro singula libra immense tantum; Item quod si aliqui ciues, & habitatores Iustinopolis, vel districtus positi fuerint in sententia per dictos Iudeos, vel alias personas ad solvendum eis debitum aliquod, & non soluerint usque menses tres à die latę, sententie, debeant elapsis dictis tribus mensibus soluere eis usuram, siue prodem dicti debiti, quo usque exegerint pignora sua, vel integrè persoluerint debitum eorum, Quas omnes prærogatiwas Iudei, & generatores habuerint tempore generosi Viri Domini Michaelis Contarenii tunc Potestatis, & Capitanei Iustinopolis ex Mandato Ducalis Dominij ut constat per litteram Ducalem datam in Ducali Palatio, Millesimo.

De debito hic soluendo. Cap. LXXVII.

Q Vicinque in hac ciuitate vilam fecerit mercationem vel debitum, hic debitum persoluerre teneatur remota omne fori præscriptione.

De

*De Contrahentibus, vel spalmantibus forum de quacumque Mercatione
de re mobili . Cap. LXXVIII.*

Item statutum, & ordinatum est, quod qualibet persona vtriusque sexus ciuius, vel forensis habitator Iustinopolis quæ contraxerit, vel spalmauerit cum aliqua persona forum aliquod de quacumque mercatione, & re mobili quocumque modo, & forma, quod forum illud sit, & esse debeat ratum, & firmum incontinenti facto foro. si prò ipso firmando emptor venditori de prædicta re mobili dederit arram, vel partem solutionis fori prædicti.

De Societalibus non valituris . Cap. LXXIX.

Item statuimus, quod nulla facta soceda inter concives, vel inter ciues, & forenses valeat, nisi pateat per publicum Instrumentum.

De Volentibus constituere suos Procuratores omnes, quos voluerint .

Cap. LXXX.

Item statuimus, vt omnes extranei, vel forenses possint, & valeant consti-
tuere, & facere suos Procuratores ciues Iustinopolis, & etiam habitatores
Iustinopolis, & omnes alios, quos voluerint ad placitandum, exigendum, &
gerendum in Iustinopoli omnes suas causas, & quæstiones coram Præside-
terminandas, & alia perageunda.

De Bonis Stabilibus dimissis Personis Ecclesiasticis .

Cap. LXXXI.

CVm iustum, & æquum fit, quod qualibet Persona de suis bonis stabili-
bus possit, & valeat dimittere, & legare cuilibet secundum suam volunt-
atem, ideo per præsentem paginam duximus statuendum; quod omnibus fit
licitum, & conueniens de suis bonis stabilibus dimittere, iudicare, & legare,
cuilibet personæ Ecclesiasticæ, hac tamen condicione quod illi Ecclesiasti-
ci, quibus dimissum fuerit illud stabile, teneantur, & debeat tale stabile te-
nere, & conseruare in culmen, sicut quilibet bonus pater familias, & si non
conseruauerit, vel tenuerit dictum stabile in culmine, quod statim illud sta-
bile non detentum in culmine, & deterioratum deueniat Hospitali Sancti
Nazarij de Iustinopoli, & quod stabile recuperatum, & peruentum in dicto
Hospitali debeat vendi per Dominum Potestatem, & de denarijs ex ipso
stabile extractis, Procuratores dicti Hospitalis, vt sint feruentiores ad redi-
mendum talia bona, habeant quartum, & tria quarta dictæ venditionis po-
nantur in imprestitis Venetiarum ad utilitatem, & augmentum dicti Ho-
spitalis; Debendo Vicedomini communis sub pena librarum vigintiquinque
paruorum dare in nota, & denunciare Procuratoribus Hospitalis talia bona
de

de tempore in tempus dimissa, & legata talibus Ecclesiasticis : Et quod Potestas teneatur, & debeat talia bona stabilia sic peruenta dicto Hospitali , si ne aliqua exceptione, & strepitu iudicij dari facere , & in manibus dictorum Procuratotum facere consignari .

De Petentibus per Aliquod Instrumentum continens, In cuius manu comparuerit.
Cap. LXXXII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod nemo utriusque sexus possit alicui petere aliquod debitum per aliquod Instrumentum , in quo contineatur , In cuius manu Instrumentum apparuerit , nisi fuerit principalis creditor nominatus in Instrumento, vel nisi haberet donationem illius Instrumenti à principali creditore , vel prourationem , vel aliquod iustum titulum in illo Instrumento .

De Absentibus per contumaciam , & eorum pénis.
Cap. LXXXIII.

CLAMANT iura, quod Reum facit contumacia præsentem Vnde per Potestatem, quibuscumque præceptum fuerit, vel interdictum de ciuitate non egredi, nisi prius respondeat conquarenti ; Qui verò si se per contumaciam absentauerit, & ad iustitiam non venerit, quid, quid per actorem fuerit in iure, cartula, vel testibus comprobatum, ac si esset præsens, componere iudicetur .

De Amittentibus Instrumentum postquam in iure conduxerint.
Cap. LXXXIV.

ITEM statuimus , & ordinamus , quod si quis creditor de cetero cotam-
poteestate super aliquem suum debitorem cum publico authenticō Instrumento suas rationes, vel debitum in iure duxerit postulandum , & ad petitiones ipsius Potestatis suum dederit instrumentum , & posthac verò prædictum instrumentum memorati creditoris amitteretur, quod non possit haberi , ita quod mandato Potestatis per Praeconem iam vocato Instrumento per scalas communis , & hoc fuerit manifestum quod creditor in manibus Potestatis posuerat instrumentum, Et interea memoratum instrumentum in manu debitoris videretur incisum , Dicimus quod prædicto creditori nullum præiudicium generare possit, & sententialiter promulgamus, quod Potestas ipsum Instrumentum præscripto creditori in suo pristino statu faciat renouari ; Præterea si aliquod Instrumentum debitiamitteretur licet non proiectum in iure, illud instrumentum tale refici non possit, nisi præsente, & volente debitore. Et si debitor confessus fuerit, refici debeat , & valeat tantum à die confessionis in antea .

I Tem statuimus, & ordinamus, quod si aliqui vtriusque sexus obligati fuerint in aliqua obligatione in solidum debiti, vel cuiuscumque alterius rei, de qua non fuerit aliquod Instrumentum conseruationis indemnitatis, & creditor, vel actor de predicta obligatione se tenuerit plus vni, quam alteri illorum obligatorum, ille, vel illi qui coacti fuerint ad soluendum talem obligationem ultra sortem sibi contingentem occasione Instrumenti continentis in solidum, regressum habeat super alios obligatos in instrumento, vel instrumentis de capitali duplo, penna, damnis, & expensis in tantum quantum de predicta obligatione cuilibet obligato contigerit ad soluendum pro rata; Et si Instrumentum fuerit conseruationis ipsius obligationis, a creditore primò, & principaliter conuinci debeat ille, qui instrumentum conseruationis fecerit, vel bona ipsius; Et si ille talis qui conseruationem fecerit non haberet, vnde soluere posset dictam obligationem, & damna conuictis bonis, & alienatis in iure illius talis, ille, vel illi qui prius soluerint dictam obligationem, regressum habeant super alios obligatos pro rata, ut superius dictum est. Et in continentali quod aliquis obligatus fuerit impeditus in iure de aliqua obligatione; Et ille talis habuerit instrumentum conseruationis ipsius obligationis cogatur per dominum Potestatem, qui promiserit conseruare, respondere illi, qui fuerit obligatus pro eo per illos terminos, & etiam ad solutionem faciendam cogatur simili modo, quo ille cogetur qui pro eo fuerit obligatus, nulla allegatione audita illius, qui promiserit conseruare, dicens, quod adhuc damnum aliquod pro me passus non est.

Quod Creditor teneatur recurrere ad principalem Debitorem, & eius bona de omni Debito tam factò quam fiendo per cartam.

Cap. LXXXVI.

I Tem statuimus, & ordinamus, quod de omni debito tam factò quam fiendo per cartam in ciuitate Iustinopolis, & districtu recurratur per creditorem ad solutionem sibi faciendam ad debitorem principalem, & ipsius bona; Et si plures fuerint debitoris vnicuique eorum petere teneatur partem, & ratam sibi contingentem ad soluendum de dicto debito; Et si solutionem de dicta parte, & rata contingente integrum consequi non posset, ad soluendum vni dictorum debitorum, conuictis, & alienatis bonis ipsius de residuo dicti debiti soluere possit, & debeat consequi super alium, vel alios debitores principales, & eorum bona usque ad integrum solutionem debiti sui predicti; Et si aliiquid defecerit dicto creditori de dicto principaliter, vel principalibus debitoribus, & bonis suis ad solutionem sui debiti conuictis bonis, & alienatis ipsius debitoris, vel debitorum secundum formam iuris, tunc licet eidem creditori petere, & inquirere satisfactionem sui debiti predicti, vel de residuo ipsius super alium, vel alios fideiinsores principalis ipsius debitoris,

toris, & bona ipsorum pro rata vnicuique talium fideiussorum contingentes; Et si de rata predicta dicti debiti contingente alicui dictorum fideiussorum aliquid deficeret, ita quod creditor satisfactionem dictæ ratæ habere non posset, quod tunc dictus creditor conuictis bonis, & alienatis in iure illius talis fideiussoris, vel fideiussorum habeat liberum arbitrium petendi, & consequendi ius suum de predicta rata, seu de residuo ipsius super alium vel alios fideiussores, & eorum bona, & hoc intelligatur de illis, qui insolidum fuerint obligati; Salvo quod si Vir, & Vxor fuerint principales debitores in aliquo debito per cartam, vir predictus possit conueniri à creditore de toto integro debito, Et quod Vir absque licentia vxoris possit ponere ad aestimariam communis de bonis communibus dictorum jugalium pro satisfaciendo dicto debito; Hoc vero addito quod Notarius de coetero, & Cancellarius Ciuitatis Iustinopolis teneantur, & debeant discernere, & declarare in Instrumentis debiti principales debitores à fideiussoribus sub poena librarum decem paruorum pro qualibet vice, qua contrafecerit; Nihilominus Instrumento, quod fecerit talis Notarius in suo robore permanente; Intelligendo solumodo de Instrumentis fiendis de coetero capto praesente statuto; Cui quidem statuto aestimatores communis tam praesentes, quam futuri de ijs, quæ pertinent ad eorum officium aestimariae, non intelligantur esse subiecti, scilicet tempore litis sibi motæ de denarijs, quos dispensauerint debito eorum officij, statim possint recurrere liberè tam ad fideiussores, quam ad principales debitores sibi obligatos, & è conuerso, & ad omnes similes, dumodo sint in solidum obligati ad restitutionem talium denariorum dispensatorum, & eos integraliter, & pro parte, conuincere valeant, sicut eis videbitur expedire secundum tenorem instrumenti obligationis factæ sibi dictæ de causa, & pro ut hactenus consueuerunt non obstante tenore praesentis statuti neminem excipientis, à quo excepti sunt de coetero aestimatores predicti, & valeant asse qui ius suum, sicut superius est expressum.

*Quod Creditores primo conuincant principales Debtores, si eos potuerint reperi-
re, & si non recurrant ad Fideiussores.* Cap. LXXXVII.

I Tem statutum, & ordinatum est, quod de coetero quilibet creditor, qui habuerit aliquod instrumentum debiti, vel obligationis, seu aliquod scriptum manus super aliquem suum debitorem de aliqua quantitate denariorum, quam ipse creditor à tali suo debitore habere debuerit quamcumque ratione, vel causa, & de ipsa quantitate pecuniae habuerit plezios sibi obligatos cum suo debitore in solidum in Instrumento, vel scripto manus, primo, & principaliter dictus creditor citare debeat in iure, & conuincere suum principalem debitorem coram Potestate ad solutionem sibi fiendam de denarijs in tali Instrumento, vel scripto manus contentis, si cum poterit reperire in ciuitate; Si vero eundem reperire non posset
tunc

tunc teneatur recurrere ad Potestatem, & petere licentiam ab ipso Potesta-
te de faciendo eumdem debitorem inquire in domo, & per ciuitatem per
tres dies, quo facto, & facta relatione Potestati per praconem, quod eum
inquisuerit in domo, & per ciuitatem per tres dies, nec eum potuerit inue-
nisse, hoc clare, & veraciter patefacto Potestati, prædictus creditor licentiam
habeat recurrendi super plegios suos sibi in solidum obligatos secundum
tenorem Instrumenti, vel scripti manus, de quibus principalibus debitoribus,
& plezijs Notarij teneantur facere mentionem, ut hucusque facere consue-
uerunt per formam suprascripti Capituli statuti.

*Quod Creditores reddere teneantur Instrumentum debiti soluti in manibus debi-
toris, qui soluerit debitum delatum, & cancellatum.*

Cap. LXXXVIII.

STATUTUM EST, quod omnis creditor cuiuscumque status, & conditionis
existat ciuis aut habitator Iustinopolis, qui recepit solutionem ab aliquo
suo debitore, aut debitoribus, cuius, vel quorum ostendi poterit suum de-
bitum esse, incontinenti habita, & recepta solutione à tali debitore, vel debi-
toribus, teneatur talis creditor, vel creditores si plures fuerint dare, & redde-
re Instrumentum debiti soluti delatum, & cancellatum in manibus talis de-
bitoris, vel plurium si essent, qui soluerint debitum prælibatum in poena li-
brarum quinquaginta parvorum componendorum communi, & amittendi
denarios, quos receperint, qui etiam venire debeant in communi; Et modo
simili talis debitor, vel debitores tale instrumentum debiti soluti nullaten-
tus modo aliquo vel ingenio dare, vel reddere debeant creditori, vel credi-
toribus postquam solutionem fecerint de eodem in poena predicta librarum
quinquaginta parvorum communi componendarum pro uno quoque con-
trafaciente, & quoties fuerit contrafactum; Et quilibet possit esse accusator
de omnibus suprascriptis, & habeat medietatem poenæ, si per eius accusa-
tionem veritas cognoscetur.

De illis, qui vendiderint omnia bona sua. Cap. LXXXIX.

ITEM statuimus, quod si aliquis vtriusque sexus vendiderit bona sua,
ita quod non habeat ad satisfaciendum creditoribus suis coniunctis omni-
bus bonis suis in iure, & alienatis, & dato sibi præcepro per Potestatem ad
concordandum se cum creditoribus suis secundum formam statuti alterius
infra unum mensem, & se non concordauerit, transfacto termino sibi dato
ad concordandum, liceat eius creditori, vel creditoribus recurrere ad bona
illius debitoris vendita, vel alienata per ipsum post contractum instrumenti
debiti creditoris præfati, cum talis alienatio de iure fieri non possit in præiu-
dicio anteriorum creditorum; Incipiendo tamen talis creditor vel creditores
solutionem sui debiti petere super bonis ipsius debitoris ultimo venditis; Et
sic

sic per ordinem sequatur modum super bonis ipsius debitoris taliter venditi
visque ad satisfactionem sui debiti.

De Eodem. Cap. XC.

Item additum est in statuto prædicto, quod si alicui recurret per aliquem creditorem de bonis quæ emisset à tali suo debitore, qui omnia bona sua vendidisset, dicens quod habet bona vendita à tali suo debitore ultimò vendita, & quod suo debito seruire debent, si ille qui emisset talia bona dicere vellet, ipsum debitorem habere ad huc alia bona per aliquos alios non possessa, & prædicto creditori talia bona monstrare vellet, Dicimus qui talia bona monstraret, assignet, & monstraret cum guarentationibus, seu guarentatione eius, qui assignauerit, seu monstrauerit dicta bona; Et si super prædictis bonis sibi ostensis taliter videretur, quod in integrum sibi non posset satisfacere, tunc ipse creditor incontinenti subsequenter petere possit solutionem de residuo super alijs bonis ultimo venditis sui debitoris, incipiendo, & finiendo modo, & ordine superscripto donec sibi in integrum fuerit satisfactum.

De Eodem. Cap. XCI.

Statuimus, & ordinamus quod si alicui recurret per aliquem creditorem de bonis quæ emisset à suo debitore, qui omnia sua bona vendidisset, & alienasset; Et dictus possessor receperisset primum spatium de tali sua possessione, & spatium post monstratum, Quod possit dicere, & allegare ille talis possessor omnia quæ fuerint sui iuris visque ad terminum conducendi varentem; Sed si sibi locatus fuerit terminus conducendi varentem, procedatur tunc in dicta causa de tali possessione tali possessori requisita, obseruando formam statuti de quæstionibus immobilium rerum, non valendo postea recepto dicto termino allegare possessor, quod velit ostendere de bonis ultimo venditis talis debitoris.

De Eodem. Cap. XCII.

Item statuimus, quod si quis peteret denarios alicui, quos receperisset de bonis alicuius sui debitoris, dicendo, quod de bonis debitoris sui non possit inuenire, & ideo petat sibi denarios ita dicari receptos de bonis sui debitoris, quod est anterior creditor illo, qui accepisset dictos denarios, tunc Potestas sacramentum præstet illi, vel illis petentibus huiusmodi denarios, si cognoscit, aut scit bona aliqua dicti sui debitoris, vel non; Si dixerit se cognoscere bona, & scire sui debitoris tunc recurrat secundum formam iuris ad illa bona; Et si dixerit se non cognoscere, nec scire bona sui debitoris, quod tunc recurrat ad illum, quem dicet, & ostendet eis posteriorem creditorem in bonis sui debitoris, qui receperisset denarios dicti sui debitoris reseruato tenore dicti statuti.

Quando contigerit aliquem, qui habuerit conservuationem ab aliquo alicuius debiti, citatum esse à creditore illius debiti, & indè habuerit terminum audiendi sententiam, vel sibi præceptum fuerit standi in Palatio absente illo, qui fecerit conservuationem, tunc incontinenti locato sibi termino audiendi sententiam, vel habito præcepto standi in palatio, habeat ille talis, cui facta fuerit conservatio, licentiam facere inquire per Praeconem communis illum, qui fecerit conservuationem per duos dies, & si reperiri non poterit, tunc in sequenti tertio die habita varentatione dicti praeconis, Potestas teneatur dare illi intromissionem, cui locatus fuerit terminus audiendi sententiam, vel præceptum fuerit factum standi in palatio, super bonis ab alijs non possessis illius, qui fecerit conservuationem, usque ad integrum satisfactionem dicti debiti, & expensis, & quod possit ea ponere, & assignare in manibus estimatorum ad vendendum, Salvo tamen iure omnium personarum, non obstante capitulo statuti de non dando intromittere bona alicuius existentis extra Ciuitatem.

De Pensione Domorum. Cap. X C I V.

Item statuimus, quod dominus domus non habeat fidem pensionis suæ domus nisi per annum, permanendo Inquilino in domo; Et postquam inquilinus fuerit extra domum ultra quindecim dies, nullam fidem habeat dominus sed inquilinus; Et ita intelligatur de naulo pratorum, & barcarum; Et si fuerit instrumentum de pensione domus unius anni, soluat antè omnem debitum; Et si de pluribus continuerit annis instrumentum pensionis, soluat secundum ordinem aliorum debitorum; Et si inquilinus noluerit retinere domum per annum sequentem teneatur triginta diebus antè exitum denunciare domino domus, Alioquin Inquilinus teneatur habere domum, si dominus voluerit; Et Dominus similiter denunciet inquilino triginta diebus antè exitum, si sibi per annum sequentem domum noluerit consentire. Et non fiant aliqua Instrumenta de fictu domorum, de naulo, & casatico, nisi dominus domus ostendat legitimè coram Potestate de habitatione, quam Inquilinus habeat, vel habuerit in domo sua, per quam petit fictum ab eo, & si aliter facta fuerint careant firmitate, De fictibus sic dicimus, & definimus, quod si quis recipere debuerit annuatim perpetualiter, vel ad certum tempus fictum aliquem, vel polaram ab aliquo utriusque sexus per publicum instrumentum, & dominus fictus, vel polarè supersteterit ad petendum fictum suum vel polaram per plures annos sibi debenti, vel debentibus, non habeat dominus fictus, vel polarè fidem, nisi de quatuor annis tantum; Si petere vellet solutionē fictus, vel polarè de pluribus quatuor annis dicens, quod sibi fictum vel polaram ultra illud tempus recipere debet de iure, & hoc petens

petens suo sacramento firmare teneatur sic esse. Et habita solutione dictorum quatuor annorum, vel sibi iudicata solutione, Instrumentum factus, vel Polaræ in sua permaneat firmitate de tempore futuro, obseruato ordine supradicto.

De eodem. Cap. XC V.

STATUTUM, & ordinatum est, quod non liceat de cætero alieui habitanti in domo alicuius ad pensionem à tali domo remouere, nec remoueri facere debeat modo aliquo, vel ingenio mobile aliquod, quod habuerit in dicta tali domo, nisi prius satisficerit domino domus de pensione sua, quam habere debuerit per annum, vel cum domino domus fuerit in concordia. Quod si contrafecerit incidat ad poenam solidorum quinque parvorum pro libra de eo, quod tenebitur pro pensione prædicta; Et hoc pro vnoquoque contrafacente, & quoties fuerit contrafactum, cuius penæ medietas sit communis, & alia medietas domini domus.

De eodem. Cap. XC VI.

ITEM si quis vendere voluerit, seu pro sua propria habitatione habere aliquam possessionem iacentem in ciuitate Iustinopolis, seu eam releuare voluerit, & ipsa possessio affictata fuerit ultra annum per publicum Instrumentum, statuimus, & ordinamus, quod ille qui vendere voluerit tam ad estimariam, quam alio quocumque modo, vel eam habere pro sua habitatione, aut eam releuare voluerit ut prædictitur, teneatur duobus mensibus ante terminum anni complecti, in quo anno vellet ipsam vendere, vel pro sua habitatione habere, seu eam releuare, denotet hoc, quod facere vellet inquilino manenti in ipsa possessione, vel eam tenenti ad dictum. Quæ denotatio fiat per Notarium in publico Instrumento coram Vicedomino, & inquilino, seu ipso cui possessio dicta fuerit affictata; Et si Inquilinus, seu cui affictata fuerit ipsa possessio, inueniri non posset, tunc Dominus possessionis supradicta facere volens Potestati denunciet supradicta; Quæ denunciatio fiat, seu vetius scribatur per cancellarium, & illam denunciationem per cancellarium scriptam Vicedomini recipere teneantur obseruato modo, & forma supradictis; Tunc Dominus possessionis habere possit illam possessionem complecto illo anno tantum per Inquilinum, in quo denunciauerit dominus supradicta facere velle, satisfaciendo Dominus possessionis infra quindecim dies proximos facta tali denunciatione totum illud, quod dare teneretur illi cui talis possessio fuerit affictata pro rata de eo, quod receperisset ab inquilino de pensione talis possessionis ultra tempus, quo inquilinus talem possessionem tenuisset; Et si dominus possessionis non satisfaceret de prædictis cui talis possessio fuerit affictata ad terminum supradictum, tunc inquilinus talem possessionem habere debeat secundum instrumentum locationis.

*Quod Affictatio, vel locatio alicuius Possessionis non valeat ultra annum, nisi inde
apparet publicum Instrumentum.* Cap. XC VII.

ORdinatum est ad euitandum questiones, quæ pro his sèpissimè orieban-
tur, quod aliqua locatio, seu affictatio alicuius possessionis cuiuscumq;
manierei sita intus, & extra ciuitatem Iustinopolis quo cumque modo, &
forma de coetero affictando, vel locando non valeat ultra annu m, nisi appa-
reat indè publicum Instrumentum.

*De Volentibus Aptari facere Aliquod Molendinum consortium, salinas, & alias
possessions consortium.* Cap. XC VIII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod quandocumq; contigerit aliquem vtriusque
sexus habentem partem in aliquo molendino velle aptari facer-
dictum molendinum in aliqua parte necessarium ad aptandum tam in sclu-
sis quam in omnibus alijs, ille talis teneatur coram domino Potestate con-
uitare omnes habentes partem in tali molendino, quod cum eo esse debeat
ad aptandum dictum molendinum illa parte, qua fuerit necesse aptare; Et si
aliquis recusaret, aut non posset aptare in societate dictum molendinum pro
parte sibi contingente, quod ille qui aptari fecerit dictum molendinum tam
in sclusis, quam in omnibus alijs necessarijs, dicto molendino habeat, & per-
cipiat redditus, & prouentus in integrum dicti molendino, siue necessarijs di-
cto molendino contingentibus alteri parti ad soluendum; Et illud idem in-
telligatur de foxatis, & aggeribus consortalibus salinarum, & de omnibus
alijs rebus consortalibus aliarum possessionum; De quibus expensis perfectis
in tali molendino, salinis, & alijs rebus consortalibus credatur illi, qui fecit di-
ctas expensas, eas in scriptis ostendendo, & manutenendo suo sacramento
iustè fecisse.

De Operarijs promittentibus alicui ire in seruitio. Cap. IC.

ITEM quod si aliquis operarius promiserit alicui ire in seruitio eius, & non
iuerit secundum eius promissionem, condemnetur in solidos decem, me-
diatatem communi, & aliam medietatem cui promissum foret, & operam
solvere teneatur; Et si aliquis, qui operarios haberet, & illis non solverit, &
quod coram Potestate deueniret, condemnetur ille dicto operario in duplo,
& solidos decem communi, & compellatur ad soluendum operarijs forensi-
bus illo die de forte, & poena.

De Recipientibus Denarios mutuo causa operis. Cap. C.

STATUTUM est quod aliquis vtriusque sexus si receperit aliquam pecu-
niæ quantitatem ab aliqua persona vtriusque sexus causa cuiuscum-
que

que operis , & ille qui receperit pecuniam non iuerit cum illo, à quo recepit ipsam pecuniam quando, & quoties fuerit requisitus, donec durabit pecunia mutuata dicta de causa ; Tunc ille, qui recepit dictam pecuniam cogatur per potestatem ad soluendum eam tali suo creditori omni tempore , videlicet feriato, & non feriato, statuto aliquo non obstante , nihilominus incidendo talis debitor ad poenam in superscripto statuto contentam .

De Operarijs potentibus pretium infra certum terminum .

Cap. C I.

I Tem statuimus quod quilibet , qui iuerit in alieno seruitio , vel qui alij cui aliquod laborerium fecerit cuiuscumque conditionis fuerit , petat præmium illi, cui seruuerit usque ad quindecim dies, quod si infra dictum tempus non petierit, habeat sibi damnum, iurando dominus soluisse operario ; Præter quam tempore vindemiarum talis operarius habeat terminum petendi suum præmium per duos menses inde transactos tantum , & ab inde petere non possit ut supra .

De Ferijs obtinendis . Cap. C II.

I Tem statuimus , & ordinamus super ferijs obtinendis , quod quindecim diebus antè , & quindecim diebus post festum nativitatis Domini nostri Iesu Christi, Totidem antè festum resurrectionis Domini nostri Iesu Christi , & totidem post iterato , & totidem ante festum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & totidem post dictum; Nec non à festo Sanctissimæ Mariæ Augusti, quousque ad festum Sancti Michaelis pro ferijs habeantur. Et quod omni tempore quilibet possit petere casaticum, & præmium sui laboris, non obstantibus ferijs supradictis .

Descripturis, & Instrumentis, quæ continuè inquiruntur in cancellaria Vice-dominaria, & de modo, & ordine tenendis circa hoc. Cap. C III.

STATUTUM, & ordinatum est, quod ad evitandum scandala , & errores , qui ori possent occasione instrumentorum, & scripturarum , quæ continuè inquiruntur in Vicedominaria communis, quod quando aliquis voluerit dictum Instrumentum, vel scripturam, quam, vel quod diceret per se facere, & ostenderet, ille talis, qui petierit coram Potestate exemplum alicuius instrumenti, vel scripturæ primò teneatur recurrere ad ipsum petendum illi apud quem crediderit , vel sciuenter fore authenticum ipsius instrumenti , vel scripturæ , antè quam habeat licentiam à Potestate inquirendi in Vicedominaria; Et per sacramentum cogatur ille talis qui petierit tale exemplum , quod diligenter inquisierit de prædictis ab illo, vel illis, in cuius, vel quorum potestate , & tenuta crediderit , vel sciuenter esse instrumentum , vel scripturam ,

quod, vel quæ pro eo ficeret; Et cognito hoc non esse tale instrumentum, vel scripturam apud aliquem, tunc Potestas tribuat auctoritatem, & licentiam postulandi illud, inquirendi, vel inquirere faciendo in Vicedominariæ communis cum diligentia remota omni fraude, & dolo, non inquirendo iura, & instrumenta alterius, nec pandendo ea, & hoc per sacramentum sibi præstitum à Potestate obseruare teneatur; Et si aliquo tempore manifestauerit, seu pandiderit iura alterius alicui personæ incidat ad poenam librarum vigintiquinque paruorum communi, & manifestato componendam si veritas cognoscetur, & quoties per aliquem, vel aliquos fuerit contraactum.

De Breuiaturis Vicedominariae extractis per Notarios loco Notariorum defunctorum vel absentium à ciuitate. Cap. CIV.

I Tem volumus, & ordinamus, quod si aliquis vtriusque sexus tam ciuis, quam forensis voluerit extrahere de Breuiaturis Vicedominariae communis aliquod instrumentum, vel scripturam in publicam formam, quod, & quam diceret, & ostenderet pro se facere, Definimus, & declaramus, quod illi tales qui petierint talia instrumenta, vel scripturas releuari in publicam formam, primo teneantur recurrere ad illum Notarium si erit in ciuitate, qui talem breuiaturam condidisset, & conuocare ipsum, quod de breuiaturis dictæ Vicedominariae redigi debeat in authenticum, & publicam formam talem breuiaturam scriptam manu sua propria; Et si vero talis Notarius, qui talem breuiaturam descripsisset fuisset absens à ciuitate, vel decepisset, quod tunc sit in libertate, & potestate illius, qui tale instrumentum petierit, vel scripturam releuari in authenticum, vel in publicam formam de breuiaturis Vicedominariae talis Notarij absentis à ciuitate, vel defuncti, eligere vel cancellarium domini Potestatis, seu quem Notarium sibi placuerit, & voluerit. Quæ verò breuiaturæ per manus talium absentium tabellionum, vel mortuorum conscriptæ, non possint in publicam formam releuari nisi cum licentia domini Potestatis, quia sic fuit continuè obseruatum.



Incipit Liber Tertius Statutorum

CIVITATIS IVSTINOPOLIS.

De Ordine Officialium . Cap. I.

STATUIMUS , & ordinamus , quod ordo offic' alium in maiori consilio obseruetur secundum ducale mandatum pro vt inferius continetur; Videlicet quod scriptis primo nominibus omnium, qui erunt in dicto consilio in breuibus pergamenis , videlicet quodlibet nomen de per se super vnum breue, & positis ipsis nominibus clausis in vno galerio, siue Bussulo , ita quod nomen alicuius non cognoscatur , per cancellarium debeant numerari quot erunt congregati in dicto consilio, & fieri debeant tot brevia alba separata sine aliqua scriptura superius, quot erunt congregati in consilio, in quibus breuibus albis debeant scribi officiales eligendi in ipso consilio ; Videlicet quilibet officialis de per se super vno breue pro vt occurrerit de tēpore in tempus; Et omnes hi breues simul debeant ponи in vno alio capello, siue bussolo torti , ita quod non scripti à scriptis cognoscantur; Et post hæc ipse dominus Potestas, & Capitanus, & sui successores, siue vnu ex suis officialibus, pro vt ipsi domino Potestati , & Capitaneo videbitur ponere debeant suam manum in primo capello, siue bussulo in quo sunt Brevia personarum existentium de consilio ; Et accepto vno Breue in manu per vnum ex cancellarijs legi debeat fortiter quis erit super dicto breue notatus , & tunc ille talis de consilio nominatus venire debeat statim ad dominum Potestatem, & Capitanum , vel ad quos pro tempore erunt, penes quem , seu quos stare debet alter bussulus cum alijs breuibus albis , & cum breuibus officialium eligendorum , & ponat dictus talis vocatus suam manum in hoc bussulo, & accipiat vnum solumodo ex dictis Breuibus in manu , quod dare debeat vni ex Iudicibus , & si casus dabit quod dictum breue sit de non scriptis, lacerari debeat statim, & ille talis vocatus reuerti debeat ad suum locum, & successiuē dominus Potestas , & Capitanus, & sui successores, vel vnu ex Iudicibus, vt scriptum est , accipiat vnum alterum Breue de Capello , siue bussulo ex illis , in quo sunt annotati existentes de consilio , & ipsum dare debeat cancellario obseruando modū supradictum , Et si talis nominatus accipiendo vnam ex breuibus existentibus in altero bussulo vt supra dictum est, dando ipsum breue cancellario , si habuerit de scriptis, videlicet de officialibus, quos eligi oportebit , possit dictus talis vocatus subito coram ipso domino Potestate, & Capitaneo eligere vnam personam idoneam secundum suam conscientiam que sit, de consilio in dicto officio super ipso breue annotato, qui taliter electus sit firmus in ipso

E 3 officio ,

officio, in quo fuerit electus, & ipse suum officium exercere teneatur, & debeat, dummodo placeat ipse electus ipsi domino Potestati, & Capitaneo, & successoribus suis, qui pro tempore erunt, & sic obseruari debeat semper donec omnes officiales necessarij ad eligendum in ipsis Consilijs erunt electi, & completi; Et ut quilibet gustare possit de talibus officijs occurrentibus, non possit de cetero aliquis eligi in aliquo officio nisi per quatuor menses solimodo, Et completis dictis officialibus suis quatuor mensibus non possint intrare in dicto officio, in quo steterunt, vel fuerint, nisi ipse extra tale officium steterit per annum unum completum; Excepto quod Vice Domini communis eligi possint ad ipsum officium Vice Dominariae per annum unum, & non ultra, & in capite anni debeat ballotari ambo Vicedomi in maiori Consilio per mensum unum ante complementum sui officij; Et quis ipsorum duorum plures ballotas habuerit altero sit firmus pro anno futuro, alter vero non, cuius loco debeat in maiori consilio eligi alter Vicedominus per modum supradictorum officiorum pro dicto anno futuro; Et ille talis Vicedominus, qui ceciderit a dicta Proba, vel qui refutauerit dictum officium non possit eligi in dicto officio usque ad duos annos immediatè futuros; Et quod Pater in aliquo officio non possit elegere filium, nec filius Patrem, nec frater fratrem; Et nullus possit eligi ad officium iudicatus, Vicedominariae & aestimariæ nisi habuerit tempus vigintiquinque annorum completorum. Ad alia vero officia supradicta possit esse quilibet habens tempus annorum viginti, & non minus, & in aliquo officiorum supradictorum non possint esse duo, neque plures, qui se expellant per parentellam, vel consanguineitatem; Quæ parentella, & consanguineitas intelligatur secundum mores, & consuetudinem Venetiarum; Et quandocumque aliquis habuerit breue alicuius officij, cuiuscumque condictionis existat, & aliquem elegerit in aliquo officio nomine breuis, quod sibi euenerit, & qui ad tale officium electus fuerit, illad officium habere recusauerit, aut habere non potuerit aliqua ratione, seu per mortem illius, qui electus fuerit antequam intraret in officio, tunc illa electio redidet in illum, qui tale breue habuerit, itaque ponere possit quemlibet alium, quem maluerit, si acceptabitur per dominum Potestatem, ut supra; Itē quod nullus, becharius tabernarius, paniculus, & hospitator eligi debeat ad officium Iustitiariae sub poena librarum decem paruorum communi componēda.

De Electione, & Salario Officialium. Cap. II.

Item statuimus, & ordinamus, quod eligantur in maiori consilio modo in praecedenti capitulo annotato quatuor Iudices cum salario librarum sex in mense pro quolibet, & ratione mensis, & qui fuerit electus non possit renunciare sub poena librarum quinque paruorum communi componenda; Item duo Vicedomi cum salario librarum quinquaginta paruorum pro quolibet in anno, & ratione anni, & quis fuerit electus non possit renunciare sub poena librarum vigintiquinque paruorum communi

ni componenda ; Item duo æstimatores sine aliquo salario ; Item unus Cancellarius communis cum salario librarium quatuor cum dimidia in mense, & ratione mensis, Item quatuor Iustitiarij cum salario solidorum quadrageinta paruorum pro quolibet in mense, & ratione mensis ; Item sex Aduocati sine aliquo salario , Item unus superstans interior cum salario solidorum viginti septem paruorum in mense, & ratione mensis ; Item alter Superstans exterior cum salario solidorum quinquaginta paruorum in mense , & ratione mensis; Et non possint Cancellarius, æstimatores, Aduocari, Iustitiarij, Superstantes interior, & exterior dicta sua officia refutare sub pena solidorum viginti paruorum, & pro qualibet vice communi componenda ; Et si aliquis omnium prædictorum officialium voluerit pro agendis suis ire extra ciuitatem Iustinopolis possit dicta officia renunciare sine aliqua poena, ita tamen quod astringantur ad standum quindecim diebus extra ciuitatem continuis, & non minus ; Et quod aliquis Ciuis Iustinopolis non possit habere duo officia de officijs supradictis .

De Procuratoribus Hospitalis Sancti Nazarij , & de eorum electione . Cap. III.

Item Statuimus, quod omni anno de cætero primò Calendas Augusti per dominum Potestatem, qui pro tempore erit ad regimen ciuitatis Iustinopolis, & suos successores eligi debeat duo boni homines, qui esse velint Procuratores immo esse debeant Procuratores Hospitalis , siue domus Dei Iustinopolis, Qui procuratores stare debeant in dicto officio per annum unum tantum, Et Prior qui fuerit pro tempore dicti Hospitalis non possit , nec valeat vlo modo affictare , vel affictari facere alias possessiones pertinentes dicto Hospitali sine verbo, licentia, & consilio dictorum Procuratorum ; Et quod dicti Procuratores, nec Prior vendere non valeant nec alienare aliqua bona mobilia, & stabilia pertinentia dicto Hospitali sine licentia, & consensu domini Potestatis, & Capitanei, quod si fecerint careat firmitate ; Et Prior , qui fuerit pro tempore teneatur dare in scriptis dictis Procuratoribus omnia bona mobilia, & immobilia pertinentia dicto Hospitali ; & ipsi Procuratores teneantur peruidere omni mense bona mobilia, & immobilia , aut semel in anno , & in fine anni dicti Procuratores teneantur dare in scriptis successoribus omnia bona mobilia, & immobilia pertinentia dicto Hospitali , & expectantia; De quibus omnibus bonis mobilibus, & stabilibus omni anno in electione dictorum Procuratorum fieri debeat unum Inuentarium. In quo vero Inuentario ponantur bona mobilia, & stabilia pertinentia, & spectantia hospitali prædicto, & in fine anni per dominum Potestatem , & Capitaneum examinari , & videri debeat ordinatè dictum Inuentarium , si defectu ipsorum Procuratorum, vel sua mala culpa distribuissent , vel alienassent aliqua bona stabilia, & mobilia in dicto Inuentorio contenta; Et similiter teneantur reddere rationem in fine anni de omni eo , quod exegerint , & expendiderint pro

dicto hospitali domino Potestati, & successoribus suis; Et quod possint sine aliqua procuratione dicti Prioris exigere omnia bona, quæ dimitterentur dicto hospitali, & quid quid per dictos Procuratores factum fuerit pro bona utilitate, & augumento dicti hospitalis, siue domus Dei, in predictis ratum, & firmum habeatur.

De Priore Sancti Nazarij, & eius electione.

Cap. IV.

Statutum, & ordinatum est, quod per dominum Potestatem, & Capitanum, qui pro tempore fuerit ad regimen ciuitatis Iustinopolis eligi debeat unus Prior hospitalis, siue domus Dei, & Sancti Nazarij, cum Prior, qui ad presentem est, deficiet de dicto hospitali; Qui Prior tunc in tempore electus omni anno in Consilio maiori debeat approbari, & per maiorem partem dicti consilij confirmari, ut ipse Prior metu depositionis sui officij Prioratus ad perungilem curam dicti hospitalis, & pauperum in dicto hospitali habitantium frequentius animetur; Qui Prior habere debeat libras sex in mense, & ratione mensis de redditibus dicti hospitalis pro sua mercede, & teneatur reperire vnam pedisequam quæ sit in dicto hospitali ad visitandum infirmos, & pauperes Christi, quæ habere debeat in mense, & ratione mensis solidos quadraginta pro mercede sua, & pro victu eorumdem oris tantum, videlicet Prioris, & pedisequa dicti Procuratores prouidere debeat pro ut eisdem videbitur fore in sufficientia; Et Presbiter, qui fuerit pro tempore ad celebrandum missam in dicto hospitali habere debeat libras sex in mense, debendo celebrare missam omni die tempestiuè in dicto hospitali; Et in eodem noctu dormire, & habere debeat lectum fultum in dicto hospitali; Et si contrafecerit in aliquo predictorum de dicto priuetur officio.

De Procuratoribus Ecclesiæ Cathedralis, & eorum electione. Cap. V.

Item statuimus, & ordinamus quod de cetero per dominum Potestatem, & Capitanum, qui pro tempore fuerit ad regimen ciuitatis Iustinopolis eligi debeat duo boni homines, qui esse debeat Procuratores Ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Iustinopolis. Qui dominus Potestas habere debeat consilium, & colloquium cum domino Episcopo, qui erit in ciuitate de electione dictorum Procuratorum; Qui vero Procuratores sint, & esse debeat per annos tres completos, & finitos, ita, & taliter, quod omni anno usq; ad terminum trium annorum in maiori consilio debeat approbari, & per maiorem partem dicti consilij confirmari, & quod omni anno annuatim ostendere debeat rationes dictæ Ecclesiæ de omni eo, quod peruererit ad manus suas domino Potestati, & domino Episcopo, qui fuerint per tempora; Et quod dominus Episcopus possit eligere viuum Presbiterum, qui sit Procurator simul cum dictis Procuratoribus electis per dominum Potestatem; Et quod dicti Procuratores dictæ Ecclesiæ Cathedralis teneantur semel in mense inquirere, vel inquire facere ipsis presentibus in Vicedominaria communis, bona, & res dimissas dictæ Ecclesiæ per testamenta, non obstante aliquo statuto loquente in contrarium.

De

111
De Ele^tione Prioris Hospitalis Sancti Marci, & eiusdem Procuratorum.
 Cap. VI.

Volentes, & intendentes ex debito gubernationi, & administrationi Hospitalis Sancti Marci siti in ciuitate Iustinopolis in porta Zubenaga salubriter prouidere; Quae gubernatio, & administratio caduca reperitur, & derelicta maximè tribus Commissarijs deficientibus testamenti, & vltimo voluntatis olim Ser Marci Triuisano de Venetijs ipsius hospitalis ædificatoris, vt eius voluntas circa reparationem dicti hospitalis, & substantiationem pauperum Christi perpetuis temporibus obseruetur, & adimpleatur, in hunc modum duximus prouidendum, & ordinandum; Videlicet, quod modernus Reuerendus Pater dominus Ieremias de Pola Episcopus Iustinopolitanus, & sui successores Episcopi Iustinopolitaniani, nec non sapientes, & discreti Viri Ser Michael de Gauardo, & Ser Ambrosius de Lugnano sint, & esse debeant Furnitores, Commissarij, Gubernatores, & administratores bonorum dicti hospitalis Sancti Marci simul cum Iacobo Alberto quondam Ser Zanini iuridice commissario instituto per formam ipsius testamenti, ita quod in omnibus, & per omnia possint, & debeant ipsi quatuor, siue maior pars eorum exercere, & adimplere omnia, & singula dicto hospitali tangentia eo modo, & forma, sicut dictus olim Ser Marcus testator legauit, & ordinauit in eius vltimo testamento; Et quod dominus Episcopus, & sui successores Episcopi hic residentiam facientes possint tenere, si sibi placuerit legale cōputum, & rationem in scriptis tam de omnibus introitibus, & redditibus eiusdem hospitalis, quam de expositis, & expensatis in dicto, & eius occasione; Dictaque ratio singulo anno alijs commissarijs seu furnitoribus præsentibus examinari debeat diligenter coram domino Potestate; Et quandocumque occurreret casus obitus dictorum Ser Michaelis, & Ser Ambrosij, seu alterius eorum Dominus Potestas possit vnum alium commissarium, vel duos alios commissarios, vel furnitorem, seu furnitores loco defuncti, seu defunctorum eligere, & deputare; Et sic perpetuis temporibus obseruetur, vt voluntas dicti testatoris Ser Marci Triuisano circa reparationem dicti hospitalis, & pauperum Christi substantiationem valeat in perpetuum adimpleri, sicut in dicto suo vltimo testamento seriosius continetur; Declarantes, quod prædicti Commissarij, & furnitores, Videlicet dominus Episcopus, Ser Michael, & Ser Ambrosius nouiter creati, & qui loco deficientium temporibus futuris instituentur vt supra, habeant, & habere debeant pronoquoque ipsorum semel tantum in vita sua marcas quinque denariorum, & non ultra pro eorum mercede, & præmio, vt curam habeant feruentrem circa bonum, & gubernationem ipsius hospitalis; Et hoc loco legati ducatorum triginta auri, quorum dictus testator per eius vltimum testamenrum cuiilibet suorum commissariorum beneficium faciebat, quod quidem legatum pro nihilo habeatur; Et factum, & condicatum fuit præsens statutum

tum præsentibus prædictis Reuerendo Domino Episcopo, Ser Michaele, & Ser Ambrosio consentientibus, & contentantibus.

De solutione scripturarum Cancellariae Iustinopolis, quæ pertinet, & ex-peccat Cancellario Domini Potestatis, & Capitanei tantum.

Cap. VII.

ITem statuimus, & ordinamus quod Cancellarius domini Potestatis, & Capitanei, qui pro tempore erit in ciuitate Iustinopolis habere debeat de criminalibus, videlicet; De qualibet accusa solidos quatuor; Pro qualibet defensione solidos quatuor; Pro quolibet teste solidos quatuor; Pro condemnatione solidos quatuor; Accipiendo cancellarius solutionem de prædictis solumodo ab illis, vel ab illo qui fuerit condemnatus occasione prædictorum, & non ab alijs; Item quando contigerit quod Cancellarius domini Potestatis equitabit extra ciuitatem Iustinopolis intus districtum ad scribendum aliquod delictum commissum à villanis, siue districtualibus habere debeat libras quatuor pro suo itinere, & remuneratione scripturarum occasione delicti scriptarum, & non aliud; Et quandocumque Medicus communis pro delicto ut supra cum cancellatio ibit extra ciuitatem, habere debeat libras tres paruorum, & Caballarius solidos viginti paruorum, accipientes solutionem solumodo à malefactoribus, & si dicti malefactores non haberent unde soluere, tunc communitas illius villa, vel Curiarum, in qua dicta quæstio esset incepta vel facta soluere teneatur, quia sic antiquitus est obseruatum; Item Cancellarius prædictus habere debeat pro qualibet contralittera solidos quatuor; Pro Instrumento datij Vini ciuitatis Iustinopolis ducatum vnum auri; Pro Instrumentis datij bechariæ, datij mutæ pontis, & datij salis libras quatuor paruorum pro quolibet; Pro Instrumento datij molendinorum libras tres paruorum; Pro Instrumentis Piscariæ, & Ternariæ solidos quadraginta paruorum pro quolibet; Pro quolibet alio Instrumento datij communis solidos trigintaduo paruorum; Pro qualibet deliberatione pignorum habere debeat paruulos sex pro libra, de quibus Præco debeat habere duos, cui deliberationi saltem vnius Iudex interesse debeat; Conductæ vero stipendiariorum cum estimatione vini vnius soldi pro domo sint, & esse debeat dicti Cancellarij; Et si vero Cancellarius auferet maius præmium ultra taxationes prædictas, tunc cadat ad penam librarum quinque paruorum, cuius penæ medietas sit communis, & altera medietas sit accusatoris, per quem veritas cognoscetur, & cadat ad dictam penam toties quoties in prædictis, vel aliquo prædictorum contrafecerit, vel fuerit contrafactum; Et nihilominus teneatur restituere illi id superfluum in duplum, quod accepisset ultra limitationem, & taxationem prædictas.

*De Solutione Scripturarum Cancellariae Iustinopolis, quæ pertinet, & expe-
titat Cancellario Domini Potestatis, & Cancellario communis.*

Cap. VIII.

STATUIMUS, & ordinamus quod de cetero Cancellarius domini Potesta-
tis, & Cancellarius communis Iustinopolis, qui per tempora erit in ci-
uitate habere debeat de solutionibus scripturarum secuturis de cancellaria
Iustinopolis; Videlicet de omnibus quinque denarijs cancellarius domini
Potestatis habere debeat denarios tres, & cancellarius communis denarios
duos; Pro qualibet præcepto solidum vnum; Pro qualibet termino soli-
dum vnum; Pro qualibet præsentatione, & testificatione solidos quatuor;
Pro qualibet procura solidos quatuor; Pro qualibet litera citationis, & iu-
ris solidos quatuor; Pro qualibet litera recommandationis Notarij bonæ
famæ, & pro qualibet alia litera occidente solidos sex paruorum; Pro quo-
libet bulletino tam de danno dato, quam quocumque alio modo solidos
quatuor excepto de bulletinis, qui accipiendi sunt per ciues, & habitatores
Iustinopolis tempore vindemiarum de possessionibus, & vineis habitis extra
districtum Iustinopolis, quod habere debent solidos duos pro qualibet pro
vt continetur in capitulo xxxi. libri primi; Pro qualibet accusa damnorum
datorum solidos quatuor; Pro qualibet Instrumento recuperationis, &
Venditionis solidos viginti paruorum à libris ducentis paruorum inferius;
A libris ducentis paruorum superius decem solidos pro centenario libra-
rum; Pro qualibet sententia à libris sex paruorum solidos tres paruorum;
Pro qualibet sententia ascidente usque ad summam librarum octoginta
paruorum parvulos sex pro libra, & deinde à capite usque ad numerum li-
brarum ducentarum paruorum parvulos tres pro libra; A duecentis verò
libris paruorum supra usque ad omnem alium numerum, & quantitatem
remaneat in prouidentia, & discreione domini Potestatis, & Capitanei li-
mitandi, & taxandi à parvulis tribus tantum inferius pro libra; Pro qualibet
sententia voluntaria habere debeat medietatem solutionis secundum limi-
tationes, & taxationes prædictas; Pro qualibet sequestro solidos quatuor
paruorum; Pro qualibet caritate solidos duodecim paruorum; Pro quali-
bet testamento rusticorum, successione, tutela, compromissio, protesta-
tione, intromissione, & omni qualibet acto extraordinario, & ciuili non-
specificato, taxatio remaneat in libertate, & prouidentia Domini Potesta-
tis, & Capitanei; Pro qualibet sententia, & terminatione rerum immobi-
lium solutio computetur pro rata pro vt superius continetur; De rebus mo-
bilibus secundum estimationem, & valorem dictarum rerum stabilium;
Et si Cancellarij, & partes differentes fuerint de taxatione fienda in soluti-
one sententiae, vel terminationis rei immobilis, tunc sit in libertate domini
Potestatis, & Capitanei taxandi, & limitandi pro vt eidem videbitur fore iu-
stum, conueniens, & honestum; Et si quis dictorum Cancellariorum au-
feret maius pretium ultra taxationes prædictas tunc cadat ad penam libra-
rum

rum quinque pro ut in praecedenti capitulo continetur, & nihilominus te-
neatur restituere illi id superfluum in duplum, quod accepisset, vltra limi-
tationes, & taxationes prædictas.

*De Officialibus qui non debent interesse sententiae, de qua fuerint
Aduocati. Cap. IX.*

STATUIMUS, & ordinamus, quod nemo Iudex, vel officialis possit, aut
valeat interesse alicui sententiae de aliqua causa, de qua fuerint aduocati,
nec aliquis officialis, vel Iudex possit esse aduocatus in illa causa in qua fue-
rit Iudex sub pena solidorum centum paruorum componenda communis
pro unoquoque contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum.

De Aduocatis Communis, & eorum solutione. Cap. X.

STATUIMUS, & ordinamus, quod pro communi debeant esse sex Aduoca-
ti, qui aduocarias omnium facere teneantur bona fide, & sine fraude, à
quibus fuerint requisiti prius, & nemini facere denegabunt; Et nulli alij fa-
ciant aduocarias nisi aduocati communis Iustinopolis, nisi aliquis voluerit
pro se in causa aduocare, vel nisi Potestas in magna causa pro necessitate
alicui postulanti duxerit concedendum; Et hoc sit in discretione domini
Potestatis tam in concedendo, quam in solutione illius aduocati; Haben-
tes aduocatores communis à quolibet utriusque sexus tam ciue, quam fo-
rense, cuius aduocariam fecerit solidos quinque paruorum; In arduis autem
causis, quarum fuerit aduocatus sit in discretione, & prouidentia domini
Potestatis taxandi, & limitandi illud, quod de iure eidem spectat, si obti-
nuerit in causa, vel succumbet; Et succubens teneatur expensas in ad-
uocato factas resarcire victori; Et si Aduocatores contra prædicta fecerint
componant communi pro qualibet vice, & quolibet contrafaciente soli-
dos centum paruorum.

Quod Aliquis Clericus non possit esse Aduocatus. Cap. XI.

STATUIMUS, & ordinamus, quod aliquis clericus non possit esse aduoca-
tus, nec aduocationes alicuius coram domino Potestate facere, nec
procurationem ab aliquo, vel aliquibus assumere, nisi quod in proprijs cau-
sis bene possit placitare in pena solidorum quadraginta paruorum pro uno-
quoque quoties contrafaceret, & nihilominus non audiatur ipsius aduoca-
tio; Quæ pena solui debeat per eligentem talem Aduocatum; Verumta-
men bene possit aduocare pro Patre, Matre, Fratre, & Sorore.

De Cammerarijs communis existentibus Procuratoribus, & Catauerijs communis. Cap. XII.

STATUIMUS, & ordinamus quod Cammerarij communis, qui erunt pro tempore in ciuitate Iustinopolis sint, & esse debeant Procuratores, & Catauerij communis, qui debeant esse solliciti, & attenti inquirere sine aliqua fraude illos, qui tenent, & possident res, quæ expectant communi, & ut sint feruentiores inuenire illos, qui talia bona possident, & tenent communi expectantia, definimus, & declaramus ut dicti cammerarij Procuratores, & Catauerij simul habeant de omnibus rebus, quas ipsi deuenire, & expectare communi inuenient, quartam partem secundum mandatum habitum à serenissima dominatione Venetiarum; Et teneantur ad minus semel in anno ire ad superuidendum campos, & terras, quæ redditum communi, habendo libertatem inferre Sacramentum illis personis, quibus ipsis placuerit, ut veritatem ostendant, si cognoscant possidentes bona communi spectantia; Et si aliquis accusauerit tales possidentes bona communi expectantia, habeat quartam partem totius illius, quod in commune peruenit ut superius continetur.

De Questionibus occurrentibus inter coniunctos, & ordine eorum observando. Cap. XIII.

CVM plerumque accidit in ciuitate Iustinopolis, & eius districtu oriri differentias aliquando magnas, aliquando paruas inter Patrem filium, siue filiam, & matrem, filium, & filiam, & è conuerso, & inter fratrem cum fratre, fratrem cum sorore, quæ est inepta, & abominabilis lis, siue quæstio, pro qua, siue quibus litibus, & differentijs plerumque impeditur regimen multifa-rijs modis; Et ad remouendum has abominabiles lites, & ne coram Praefide vlo modo valeant litigare, quod est turpe quidem, statuimus, & ordinamus, quod quando aliqua iistarum causarum moueretur per aliquem prædictorum coniunctorum ut supra, data primo notitia Potestati, & Capitaneo, qui pro tempore fuerit ad regimen ciuitatis Iustinopolis, qui præfatus dominus Potestas, & Capitaneus cum consilio suorum Iudicium habeat libertatem ad plenum, sine aliqua contradictione aliquarum partium, siue alicuius partis stricto modo, & cum graui pena tam pecunaria, quam corporali astringendi prædictos in differentia existentes ad se compromittendum in duos bonos homines per dictos differentes eligendos cum libertate, & sindicatu ad plenum de omnibus eorum litibus, & differentijs sententiandi, & determinandi, ac dispensandi tam de iure quam de facto, & tam de facto, quam de iure, ponentes penam, & penas contra illum, siue illos non consentientes, seu non contentantes de definitione, & determinatione litis eorum siue eius; Quæ penæ, siue pena, omni mora posposita, debeat exigi per Rectores, & suos officiales nulla contra-

contradicione apponenda; Verum tamen quid quid factum, aut determinatum fuerit sit firmum, & ratum, non possendo pars aliqua, quæ reputaret se fore grauata, vllum habere recursum ad aliquem Potestatem Iustinopolis, nec ad officium dominorum Aduocatorum, vel Auditorum communis Venetiarum sub pena, & banno in compromisso contenta; Et si verò prædicti duo electi non essent concordes in sententiando, declarando, & diuidendo bona prædictorum; Tunc præfatus dominus Potestas, & Capitaneus, qui pro tempore fuerit ad regimen Iustinopolis cum consilio suorum Iudicium debeat eis addere tres bonos viros, qui non sint suspecti partibus, dando eis Sacramentum de sententiando, determinando, diuidendo, & declarando pro ut eis videbitur fore iustum, condecens, & honestum secundum Deum, & suam bonam conscientiam; Et quid quid per maiorem partem dictorum quinque determinatum fuerit, sit, & esse debeat validum sine aliqua contradictione sub eadem pena superius declarata, quarum penarum medietas sit communis, & alia medietas partis obseruantis, non possendo illa pars, quæ reputauerit se fore grauata, vllum habere recursum ad aliquod officium prædictorum sub banno, & pena in compromisso contenta; Declarantes, quod partes debeat domino Potestati dare sibi suspectos, qui dominus Potestas non possit eligere in Arbitrum aliquem de dictis suspectis sibi datis per suprascriptas partes.

De Officio Aestimarie. Cap. X I I I .

STATUIMUS, & ordinamus ad satisfaciendum creditoribus de bonis debitorum suorum, quod creditores primo requirete teneantur suos debitores, si solutionem sibi facere volunt, vel de suis bonis designare ad aestimariam communis pro satisfactione sui debiti; Et si tales debitores solutionem, vel designationem facere recusauerint, tunc sit in libertate creditorum dandi suam sententiam, vel instrumenta in manibus Comestabilis Baroeriorum, vel Aestimatorum communis, pro ut sibi melius videbitur, pro habenda celeri solutione suarum sententiarum, & instrumentorum; Et si tales sententiae peruerterint in manus aestimatorum, quod tunc debitores, siue debitor teneatur tot de bonis suis mobilibus, siue immobilibus, sicut debitoribus placuerit, manifestare, & designare aestimatoribus communis Iustinopolis, quot satisfaciant ad solutionem creditorum petentium sub pena librarum quinque parvorum, communi componenda, quod si contrafererint, aestimatores prædicti teneantur illum vel illos accusare, vel denunciare domino Potestati sub eadem pena, & si tales debitores recusauerint designare in manibus aestimatorum, ut prædictum est, tunc dominus Potestas tribuat auctoritatem, & licentiam creditori ponendi, & assignandi de bonis illius sui debitoris, quæ ipsi creditori placuerint, in manibus aestimatorum ad vendendum usque ad satisfactionem sui debiti, & expensarum; Et si bona talium debitorum non vendorentur in tantum quantum satisficeret

ceret creditoribus potentibus, quod tunc dicti æstimatores incontinenti
 habeant licentiam, & auctoritatem, & teneantur debito sui officij percipe-
 re debitori, vel debitoribus, quod infra tertium diem post dictam venditionem
 ponere, & assignare debeant in manibus dictorum æstimatorum tot
 de alijs suis bonis tam mobilibus, quam immobilibus, quot satisfaciant cre-
 ditoribus, pro quibus fuerint conuincti; Et si neglexerint tunc Potestas
 creditoribus attribuat auctoritatem ut supra; Et primò posuerint ad æsti-
 mariam, & omnibus alijs creditoribus, quibus infra spatia secundæ Domini-
 nicae iusta clamationes per æstimatores factas presentauerint sua instrumen-
 ta in manibus dictorum æstimatorum, & scripturas in suis quaternis per
 Cancellarium suum sub pena librarum quinque parvorum communi com-
 ponenda per dictos debitores, quoties contrafecerint; Et ipsi æstimatores
 sub eadem pena teneantur facere, & imponere ad dictum præceptum,
 quod præceptum appareat scriptum in quaternis Cancellariæ dictorum
 æstimatorum, & denunciare teneantur domino Potestati penam prædictam
 toties quoties fuerit contrafactum; Ita quidem quod si aliquis creditor, vel
 creditores non assignabit, vel assignabunt instrumenta sua æstimatoribus
 ante taxationem secundæ Dominicæ, tunc æstimatores instrumenta illa
 non teneantur recipere, nec ipsis creditoribus de bonis debitoris iam assi-
 gnatis respondere, vel satisfacere creditoribus suis, nisi prius debitor ipse
 fuerit per ipsum, vel ipsos creditores in iure conuinctus, & deinde sequatur
 modus statuti; Qui æstimatores bona fide omni malitia, & fraude remotis
 illa bona debitoris debeant æstimare, quamlibet rem diuisim per se; Et si
 aliqua possessio bonorum coniuncta in uno circuitu fuerit vendatur com-
 muni communiter, vel diuisim sicuti pro vtilitate debitoris dominationi vi-
 debitur expedire, & facta æstimatione ipsis æstimatores vendant tot ex illis
 bonis, de quibus debitum, seu debita persolvantur; sicut superius est expres-
 sum, dum ipsa bona vendantur secundum ordinem infra scriptum; Videlicet
 quod in diebus dominicis tantum faciant æstimatores per præconem bis ad
 scalas campanilis cridari; Quod si aliquis habet ius, aliquod in bonis talis
 hominis, seu debitoris veniat coram æstimatoribus communis ius suum, ra-
 tiones, & cartas suas ostensurus, vt superius continetur; Et factis talibus cri-
 dationibus duabus dominicis per præconem communis ad scalas prædictas,
 & taxationibus tribus diebus dominicis tantum in loco solito, computatis
 supradictis duabus dominicis in h's tribus dominicis, tunc quarto dominico
 sequenti bona talium prædictorum per ipsos æstimatores coram domino
 Potestate post sonum campana bis per modicum interuallum sonantis plus
 offerenti vendantur, de quibus venditionibus æstimatores, qui pro tempo-
 re fuerint creditoribus solutionem facient per ordinem, incipiendo à priori-
 bus debitis, & anterioribus cartis soluendis, ita quod primus, & anterior cre-
 ditor primo soluatur, & deinde vnicuique creditori per ordinem soluatur se-
 cundum quod sua Instrumenta anteriora fuerint, donec durauerint bona
 debitori obseruato ordine supradicto, habendo, & retinendo penes se di-
 eti

Cti æstimatores omnia instrumenta debiti, pro quibus fecerint solutionem, incisa; Et teneantur emptores rerum venditarum per æstimatores communis Iustinopolis soluere præmium rei emptaæ æstimatoribus infra octo dies proxime venturos post emptionem, videlicet à die emptionis usque ad diem dominicum proximè sequentem per totam diem sub pena libraturum decem communii componenda; Et quod venditiones taliter factæ sint firmæ, & ratae, & ipsi æstimatores teneantur cum suo cancellario instrumentum, siue instrumenta vicedominata rerum emptarum emptori, siue emptoribus infra dictum terminum dierum octo presentare sub eadem pena; Et Cancellarius eorum prædicta Instrumenta in authenticò scribere teneatur, & date Vicedominis ea ad Vicedominandum cum prædictis æstimatoribus infra diem quintam proximè post venditionem factam sub pena solidorum centum parvorum, quoties contrafecerit; Habendo dictus Cancellarius de quolibet Instrumento authenticato solidos octo parvorum, & Vicedomini solidos duos; Et quicumque pro suo debito acceperit bona sua in se ad æstimatoriam secundum formam superius expressam, & infra supradictum terminum soluere contempserit, componat libras decem, medietatem communii, & aliam medietatem suis creditoribus potentibus; Et in sequenti domino dicta bona vendantur plus offerenti, sed non illi, vel alicui pro eo; Et si contigerit, quod ille, vel illi, qui talia bona in se acceperint ad æstimatoriam communis ad finem officij dictorum æstimatorum communis, & non soluerint, vel non appresentauerint denarios pro satisfaciendis suis creditoribus, pro quibus fuerint coniuncti, ipsis æstimatoribus infra terminum superius specificatum; Quod per subsequentes æstimatores, vel in sequenti muta dictorum æstimatorum, venditiones dictorum bonorum fieri debeant, sicut prius fieri potuissent in officio priorum æstimatorum, si spatiu, siue terminus eorum exitus officij non obstat, extrahendo, & exemplando cancellarius subsequentium æstimatorum bona prædicta, quæ debuerint vendit aliter ad æstimatoriam per ordinem in suis quaternis, pro ut inuenient fore scripta in quaternis suorum praefectorum, habendo tales æstimatores subsequentes solidos duos pro qualibet marcha de bonis huiusmodi venditis, siue datis per ipsos in æstimatoria; Et etiam exemplare debeant Instrumenta debiti, quæ prorecta fuerint per credidores talium debitorum, ut prædictum est, & de bonis acceptis in se per aliquem ad æstimatoriam fieri non debeant aliqua instrumenta; Bona vero mobilia vendantur per æstimatores communis tantum in platea fori plus offerenti in quarta dominica; Et huiusmodi venditiones fieri debeant in præsencia Potestatis, & notentur per Cancellarium dictorum æstimatorum in suis quaternis; Ceterum æstimatores communis soluere teneantur creditoribus denarios rerum venditarum infra octo dies proximos, postquam receperint denarios sub pena dupli; Et Venditiones taliter factæ de rebus immobilibus à propinquis, & lateranis recuperari non valeant, nec unquam possint retractari, sed perpetuum obtineant firmitatem, & per debitores, quorum talia bona tam mobilia, quam immo-

immobilia fuerunt, & cum bonis eorumdem, siue per illos creditores, qui
 de bonis sui debitoris posuerint ad aestimariam auctoritate a domino Pote-
 state sibi tradita, defendantur, & guarententur emptoribus sub pena du-
 pli valoris, & meliorationis bonorum venditorum; Aliter vero vendi-
 tiones per estimatores communis factae obtinere non debeant, nec vale-
 re; Et teneantur estimatores ostendere rationem infra mensem unum,
 postquam exierint ab officio, illis, quorum bona vendiderint sub pena
 librarum vigintiquinque paruorum si ab ipsis fuerint requisiti, habendo
 estimatores cum suo cancellario, & praecone solidos sex paruorum pro
 qualibet marcha de rebus venditis per eosdem; De rebus vero prima domi-
 nica taxatis solidos duos pro Marcha; De rebus duabus dominicis taxatis
 solidos tres pro Marcha; De rebus tribus dominicis taxatis solidos qua-
 tuor pro Marcha; Et quarta dominica solidos sex paruorum pro qualibet
 Marcha; De quibus predicti estimatores habeant duas partes, Notarius,
 & Praeco reliquam tertiam partem; Cancellarius vero estimatorum ad illud
 officium estimariae eligatur per estimatores qualibet muta officialium ad
 officium estimariae electos; Et si aliquis debitor posuerit omnia bona sua
 ad estimariam, venditis illis bonis per estimatores communis, & post di-
 ctam venditionem idem debitor confessus fuerit plura bona habere, tunc
 dominus Potestas per dies triginta terminum attribuat debitori, vt omnibus
 suis creditoribus solutionem facere non postponat, vel concordiam facere
 cum eisdem; Et regressum date debeant dicti estimatores creditoribus de
 residuo debiti suorum debitorum vel debitoris vigore principalis instrumen-
 ti quando cumque casus contingit; Et si de bonis talis debitoris qui po-
 suerit ad estimariam omnia sua bona, vel partem ipsorum, solutis credito-
 ribus ipsius, qui comparuerint in termino constituto, aliquid superabbunda-
 uerit in manibus dictorum estimatorum, infra dies quindecim proximos
 post venditionem vel venditiones bonorum talis debitoris, ipsis debitori-
 bus dare, & reddere teneantur sub pena dupli; Accipientes dicti estimato-
 res a tali debitore cautionem idoneam de restitutione praedictorum dena-
 riorum superabbundatorum pro antianis creditoribus ipsius; Et si talis de-
 bitor dare non potuerit, aut noluerit huiusmodi cautionem praedictis esti-
 matribus infra dictum tempus quindecim dierum, quod tunc praedicti esti-
 matores illud quod superabbundauerit, vt praedictum est, dare teneantur
 Cammerario, qui pro tempore fuerit cum confessione habita, & in Cam-
 meraria stare debeant denarij taliter superabbundati usque ad annum
 unum proximum post venturum; Et completo anno praedicto praedicti de-
 narij restituantur statim auctoritate dominationis tali debitori sine aliqua
 cautione; Verum tamen si talis debitor, cuius dicta bona fuerint, infra
 dictum annum dare voluerit bonam, & idoneam cautionem, vt si pra-
 dictum est, cammerario praedicto, qui denarios habuerit in suis ma-
 nibus, tunc dictus Cammerarius teneatur dare, & reddere tales de-
 narios, quos in suis manibus habuerit tali debitori, cuius dicta bona

fuerint , habendo ab eodem debitore bonam , & idoneam cautionem ,
 vt supradictum est , ad restituendum eos anterioribus creditoribus illius , cuius dicta bona fuerint ; Et etiam secundum quod tales denarij dentur , & reddantur tali debitori , ita debeant dari per dictum Cammerarium creditori , vel creditoribus illius , cuius dicta bona fuerint & etiam cum bona cautione , & idonea . Salvo quod si aliquis creditor ipsius debitoris dare noluerit , aut non potuerit cautionem dicto cammerario de denarijs , quos habuerit penes se à tali suo debitore , quod possint interim instrumentum , vel instrumenta sua debiti coram Potestate porrigeret in manibus Cancellarij aestimatorum , & denotare sive scribi facere ea in suis quaternis , abreuiando annos Domini , Indictionem , diem , creditorem , & debitorem , quantitatem denariorum , & terminum ; Ita quod transacto anno , & non ante satisficeri debeant in tantum quantum durabunt denarij supradicti superabbundati incipiendo à prioribus debitis , & anterioribus cartis , & sic per ordinem ; Quæ satisfactio fieri debeat per cammerarium communis , qui tunc temporis fuerit , auctoritate domini Potestatis nullam accipiendo cautionem à tali creditore , vel creditoribus , sed tantummodo retinendo in se cartas incisas idem cammerarius de satisfactione huiusmodi ; Et si aliquis conciuis noster , vel forensis vtriusque sexus sua ignorantia , vel malitia , vel alio quocumque modo bona alicuius nostri conciuiis , vel alterius personæ mobilia , seu immobilia posuerit , & assignauerit ad aestimariam communis in manibus aestimatorum causa vendendi pro debitis suis componat communis ; & domino rei libras decem parvorum , & talis assignatio , vel venditio in iritum reducatur , & per creditorem restitui debeat emptori huiusmodi pecunia , quam receperit de tali re vendita , quæ inuenta non fuerit esse sui debitoris , & Dominatio tunc debeat facere refici instrumentum debiti creditori praedicto , & nihilominus ille talis , qui bona illius in manibus aestimatorum possuerit sine assignauerit , satisfacere , & adimplere teneatur ementibus illa bona taliter assignata in tantum quantum illa bona fuerint aestimata valere in duplum , & etiam in duplum quod meliorata fuerint dicta bona , cuius dupli medietas sit communis , & alia medietas ementis , nisi ille qui posuerit illa bona ad aestimariam de voluntate illius , cuius fuissent , & tunc præconis voce clametur , cum fiunt clamationes ; Quod talis posuit illa bona de voluntate illius , cuius erant ad aestimariam pro tali debito , & cum voluntate talis ; Et si aliquis fuerit protestatus aliqua bona , quæ fuerint posita ad aestimariam , & non potuerit monstrare infra septem dies proximos post ipsius protestationem sive ius in dictis bonis habere , & in causa se obtinere non poterit , componat libras decem communis , & si obtinebit protestationem ille , qui illa bona posuerit ad aestimariam communis cadat in eadem pena communi , & parti obtinenti componenda ; Insuper aestimatores communis , & Cancellarius eorum non valeant aliqua bona emere ad aestimariam , nec aliquis pro ipsis tempore officij eorum in pena librarium .

rum decem paruorum , & tales emptiones omnino careant firmitate ; Est imatores communis facere teneantur duos quaternos in quibus scribi debeant in concordia per eorum cancellarium omnia bona posita ad aestimariam , & taxationes , & venditiones ipsorum bonorum , vnum quorum in fine sui officij dari debeat per ipsos aestimatorem in manibus , & potestate Vice-dominorum , & alius in potestate dictorum aestimatorum , & etiam facere debeant duos alios quaternos , in quibus per eorum cancellarium scribi debeant omnia instrumenta debitorum presta per dictos creditores , Vide-licet ponendo annos Domini , inductionem , diem , debitum , & terminum cuiuslibet instrumenti , & etiam creditorem , & debitorem , & diem , qua Instrumentum fuerit praesentatum , & diem , qua debitor se praesentabit bona sua ponere ad aestimariam sub pena solidorum centum quoties contrafecerit Et cancellarius eorum facere teneatur sub eadem pena : vnum quorum quaternorum in fine sui officij dare debeat in potestate Vice-dominorum , & alium in se retineat , quae presentationes omnium praedictorum quaternorum ut expressum est , fieri debent per ipsos aestimatorem in pena librarum decem paruorum pro quolibet ; Et ipsi aestimatorem teneantur reddere instrumenta creditoribus , qui ea porrexerit in manibus suis infra tertium diem postquam ipsa instrumenta in manibus ipsorum per ipsos creditores fuerint praesentata , & in suis quaternis praedictis per suum Cancellarium infra dictum terminum facere denotari sub pena solidorum quadraginta paruorum communi componenda pro uno quoque aestimatore , contrafaciente , & eorum cancellarius ad eamdem penam teneatur si denotare , siue scribere infra dictum terminum ea recusauerit , habendo cancellarius aestimatorum pro uno quoque instrumento per ipsum abreuiato in suis quaternis solidum vnum ; Præterea praedicti aestimatorem teneantur soluere pensiones domorum , & factum unius anni creditoribus debitorum per cartam , antequam alia debita , Cæterum aestimatorem communis teneantur accipere Sacramentum à quolibet creditore , quando porrexerit suum instrumentum , vel instrumenta super eo , quod talis creditor suo Sacramento dicat illud , quod iuste , & legaliter voluerit à suo debitore vigore instrumentorum porrectorum ; Quod Sacramentum cancellarius dictorum aestimatorum scribere teneatur in suis quaternis dictorum Instrumentorum porrectorum ; Qui vero aestimatorem reddere teneantur rationem illis , quorum bona vendita fuerint per ipsos infra tres annos proximos post exitum sui officij de denarijs receptis per ipsos estimatores , & dispensatis pro eorum debitis , & transactis dictis annis tribus non teneantur dicti aestimatorem praedictis , nec alicui pro ipsis reddere rationem de praedictis denarijs , nec in aliquo respondere ; Et quod unusquisque aestimatorum communis cum electus fuerit teneatur dare plezariam communi Iustinopolis librarum ducentarum paruorum ; quam plezariam ille talis estimator electus teneatur dare , & debeat antequam suum iure officium , & si facere contempserit suum amittat officium , & tunc illa electio reuertatur ad illum ,

qui talem aestimatorem elegerit , aliter autem non possit esse aestimator; Et quod aestimatores communis, qui pro tempore erunt, soluant, & satisfaciant prouide & discrete denarios , qui ad eorum manus peruenient de bonis vniuersiusque per eos venditis , & ab unoquoque accipient securitatem bonam pro restituzione fienda anterioribus creditoribus de solutione, quam facient tam de parte , quam de toto , ac etiam de denarijs , qui eis remanserint , siue superabbundauerint facta solutione creditoribus , ne pro defectu aestimatorum aliquis in iure suo incomodum patiatur ; Quod si contrafecerint, ipsi aestimatores, siue plezij eorum aestimatorum cum suis bonis adimplere, & satisfacere teneantur .

Quod Creditor qui suscepit denarios de manibus aestimatorum, vel aliorum, qui receperit denarios de bonis sui debitoris positis ad aestimariam, conservet illos, à quibus suscepit tales denarios de manibus. Cap.XV.

STATUERUNT, & ordinauerunt deinceps , quod si aliquis creditor receperit aliquam quantitatem pecuniae, tam ab aestimatoribus, quam ab alijs, qui receperissent de bonis alicuius sui debitoris venditis ad aestimariam , quod ille qui receperit illam quantitatem pecuniae , remaneat obligatus illi , qui posuerit dicta bona ad aestimariam , videlicet ad conseruandum eum , qui posuerit , occasione guarentationis positionis dictorum bonorum , de capitali duplo, damnis, pennis, expensis, & interessu pro rata in tanta quantitate suscepit de denarijs supradictis ; Et sic intelligatur de huiusmodi obligatis de recipiente in recipientem .

Quod Notarius Aestimatorum teneatur facere mentionem in eorum quaternis de usufructibus extractis de bonis positis ad aestimariam, & etiam in platea in publico incantu. Cap. XVI.

STATUIMUS ad huc , quod quandocumque aliqua bona posita fuerint ad aestimariam communis tempore , quo aliqui usufructus possint extrahi , vel extracti fuerint ex ipsis bonis ante eorum venditionem, vel quorum venditio dicto tempore aliqua causa propagabitur ultra quartam dominicam . Notarius aestimatorum teneatur facere mentionem de usufructibus cuiuscumque manierei extractis de ipsis bonis vendendis in platea communis in publico incantu, Nihilominus omnes expensae, quæ factæ fuerint in extractione usufructuum ipsis bonorum, reficiantur illi, vel illis, qui eos extraxerint , super eisdem usufructibus extractis de talibus possessionibus vendendis ; Item si occasione feriarum , vel alia occasione aliquæ possessiones vendi non possent ad aestimariam antea extractionem usufructuum talium possessionum , quod positor bonorum ad aestimariam teneatur suis expensis cum aestimatoribus communis vel altero eorum facere usufructum ipsis bonorum vindemiari , vel extracti facere de ipsis bonis , & cum

& eum conseruare usque ad venditionem possessionum; Quem usufructum ipsi aestimatores, cum vindemiatum fuerit, solutis prius expensis vindemiarum talis usufructus, vel extractionis ipsius, teneantur facere notarii in quaternis suis estimariæ, ut sciatur de eius quantitate, & quid agi debeat de eodem.

De Officio Vicedominorum, & eorum salario.

Cap. C.I. XVII —

STATUIMUS, & ordinamus, quod Vicedomi officium Vicedominariæ iubabunt hinc ad unum annum legaliter exercere secundum infra scriptum modum; Videlicet, quod ipsi Vicedomi stare debeat in Vicedominaria, eis assignata ab hora campanæ, quæ pulsatur in mane ad causas usque ad horam tertiam, & post nonam usque ad vespertas, & tantum plus, quantum necesse erit, præterquam si aliquis eorum habuerit iustum impedimentum eundi ad stangam iuris, suis, vel communis negotijs, vel ad ægritudinem, vel ad funus alicuius, vel ad officium Ecclesiæ, vel pro debita corporea necessitate, quod ab ipsa valeant cessare hora; Et si aliquis ægrotaret eorum, vel foret extra ciuitatem, alter dictum officium valeat exercere cum licentia, & mandato domini Poteſtatis, excepto quod si aliquis ipsorum ægrotaret in domo mensibus duobus continuis, quod tunc ille talis omnino fit priuatus eius officio Vicedominatus; Et si infra spatium dictorum duorum mensium ille talis Vicedominus, qui esset infirmus, committeret aliquam fraudem in veniendo uno die, vel duabus diebus ad ipsum officium, & tamen non esset ab ipsa sua infirmitate liberatus, remaneat talis fraus in conscientia, & arbitrio præfati domini Poteſtatis priuandi dictum Vicedominatu, si sibi videbitur non posse dictum officium exercere occasione ipsius suæ infirmitatis, ne ex hoc Vniuersitas Iustinopolis aliquid detrimentum pateretur; Qui Vicedomi valeant cessare ab officio una die in septimana, & in tempore vindemiarum duobus diebus per septimanam; Ad omnia autem testamenta, quæ facta fuerint per Notarios tam in die, quam in nocte unus Vicedominorum debeat interesse, & obseruare formam capituli libri secundi sub Rubrica de Testamentis, & Notariis, qui scriperint testamenta teneantur illa authenticare post testatoris deceſsum, quoties à partibus, pro quibus faciunt, erunt requisiti infra tertium diem; Et Vicedomi habeant pro abreuiatura cuiuslibet testamenti solidos octo, si fuerit in die, & solidos viginti, si fuerit in nocte; Et pro Vicedominatura in authentico solidos quatuor; Et si magnum fuerit testamentum, sit in prouidentia domini Poteſtatis; Et de Instrumentis doſium tantum habeant, ut de testamentis; Omnia autem generaliter Instrumenta, quæ capientur inter conciues Iustinopolis, & inter forenses, & conciues Iustinopolis primo per Notarium in authenrico debeat scribi, & scriptis, Partes cum ipsis instrumentis coram Vicedomino, vel Vicedominis debeat peruenire, lectisque coram ipsis, si partes contentauerint; ipsi Vicedomi, vel Vicedominus ipsa instrumenta recipere teneantur, & in suis

quaternis debeant abreuiare annos Domini , Indictionem, diem, Testes, & nomina debitorum contrahentium , & creditorum, quantitatem debiti, & terminum continentem in eisdem ; Et idem dicimus de Instrumentis venditionum, clamationum earumdem , refutationum, & donationum ; Instrumenta autem Auentiorum , Cambij , Dotum , & Diuisionum postquam ea acceperint , in Vicedominaria ordinare deponere teneantur , non abreuiando Notarij per vnicam literam nomina testium tam testamento rum , quam Instrumentorum ipsorum , testatoris nomen , & nomen contrahtentium ; Et ijs scriptis vnuis Vicedominorum ad minus teneatur cum Notario illa auscultare , & ambo scribant Vicedomini , quod auscultauerint cum Notario ipsa Instrumenta ; Et si Notarius aliquid fefellerit de his , quæ continentur in abreuiatione negligenteria sui , tunc Vicedomini , vel Vicedominus cum Notario coram ipsis corrigan quod Notarij negligenteria fuerit abmissum ; Et si Vicedominus correxerit , scribat se propria manu scripsisse correctionem prædictam ; Et pro uno quoque Instrumento Vicedomini pro Vicedominatura habeant solidos quatuor , excepto de instrumento debiti à libris centum inferius habeant solidos duos pro quolibet ; Inter concives sic definimus , quod omnia instrumenta , quæ sient extra ciuitatem , quod ipsi concives nostri infra tertium diem postquam intrauerint ciuitatem , ambo , vel plures ut erunt valeant cum instrumentis , vel instrumento coram Vicedomino , vel Vicedominis petuenire , & illa vicedominari facere ; Quod instrumentum sit per Notarium bona famæ factum , & coram bonis testibus , & teneatur debitor infra dictum terminum vicedominari facere illud instrumentum , si à creditore fuerit requisitus sub pena librarum vigintiquinque paruorum communi componda ; & nihilominus instrumentum illud obtineat firmitatem , si domino Poteſtati videbitur fore factum per Notarium bona famæ ; Et si aliquis vtriusque sexus in ægritudine fuerit confessus de aliqua re , vel debito coram Vicedomino , Notario , & testibus , illa etiam confessio vicedominari debeat , quamvis tunc non esset authenticatum Instrumentum , tam si fuerit talis confessio ante testamentum , quam post ; Qui Vicedomini habere debeant pro suo salario per annum vnum libras quinquaginta paruorum pro quolibet , & pro aliquo facere non debeant aduocarias , & non possint exire extra districtum Justinopolis sine licentia domini Poteſtatis , & si exibunt , pro rata temporis eius salarium minuatur ; Et quilibet vtriusque sexus teneatur infra duos menses proximos , postquam dederint sua instrumenta , illa accipere à Vicedominis sub pena solidorum decem pro quolibet instrumento ipsis Vicedominis attribuenda , & Vicedomini ea completere , & vicedominare teneantur infra dictum terminum sub pena prædicta ; Debendo ambo dicti Vicedomini se subscribere in omnibus instrumentis cuiuscumque conditionis sint , silicet Vicedominus , qui suscep per instrumentum , vel instrumenta prior se subscribat , & postmodum alter se subscribere teneatur ; Et si aliquis eorum Vicedominorum esset extra

extra ciuitatem , quod alter Vicedominus solus se valeat subscribere de mandato domini Poteſtatis propter absentiam alterius Vicedomini ; Et quod nullus ex Vicedominis audeat modo aliquo , ſine ingenio tentare , nec legere publicè , vel occulte pro aliquo , niſi tantum pro ſe in ſuis proprijs cauſis verbo , & licentia domini Poteſtatis in pena ſolidorum centum paruorum pro quolibet contraſaciēte , & quoties contraſecerint communi , & accuſatori componenda , & quilibet poſſit eſſe accuſator , & habebit medietatem penas ſi per eius accuſationem veritas cognoscetur ; Et ha- bēre debeant Vicedomi quaternum cartæ bergamense à communi Vi- cedominaria , in quo ſcribere teneantur prætium poſſeſſionum emptarum à forenſibus , ponendo nomina emptorum forenſium , & venditorum , ad hoc ut commune Iuſtinopolis conſequi valeat ſuam rationem à prædictis emptoribus forenſibus in ratione ſolidorum quadraginta pro centenario fe- cundum conſuetudinem ; Et ut de cetero omnia legata ad pias cauſas per teſtatores relictæ pro animabus eorum , & quorum dimiſerint , citius inue- niantur , & citius , & melius ſolitò persoluantur , quod Vicedomi communis habere debeant vnum alium quaternum , qui quaternus ſoluatur per commune Iuſtinopolis , & ſtet in Vicedominaria , in quo Notarius , qui ſcripsit teſtamentum , ſtatim authenticato teſtamento per iſum ſub pena ſolidorum centum paruorum , ſcribere teneatur antequam recedat à Vice- dominaria communis Iuſtinopolis ordinatè omnia legata facta ad pias cauſas , ſicut ſuperius eſt expreſſum ; Et Vicedomi ſimiliter teneantur facere Notario memoriam de prædictis ſub dicta pena , cuius pena medietas ſit communis , & medietas accuſatori per quem veritas cognoscetur .

De Elecione Cauideriorum , & de Plezaria danda per eos annuatim.

Cap. XVIII.

I Tem statuimus , & ordinamus , quod Cauiderij portarum eligantur an- nuatim in festo Sancti Petri ſecundum antiquam conſuetudinem , & ille , qui erit vno anno non poſlit eſſe in dicto offiſio uſque ad vnum annum pro- xime completem ſubſequentem ſub pena librarum decem paruorum pro quolibet contraſaciēte , & quoties fuerit contrafactum ; Et quilibet poſſit eſſe accuſator , & habeat medietatem penas ſi per eius accuſationem veritas cognoscetur ; Et ſi aliquis eleetus fuerit Cauiderius per homines vicinianæ ſue Portæ & illud offiſium refutauerit cadat ad penam librarum quinque paruorum communi componendam ; Præterea quilibet , qui de cetero ele- etus fuerit Cauiderius omnianno infra octo dies , poſtquam eleetus fuerit , & iurauerit offiſium ſuum , dare teneatur plezariam domino Poteſtati , qui pro tempore fuerit ad regimen ciuitatis Iuſtinopolis , Videlicet Cauiderij Portæ Sancti Martini , Portæ Brazolis , Portæ maioris , Portæ Perrorij , Portæ Sancti Thomæ , Portæ Sancti Petri , Portæ Busedragæ & Portæ Inſulanæ de libris centrum paruorum pro quolibet Cauiderio dictarum portarum .

Cauderij vero aliarum portarum dare teneantur plezariam de libris quinquaginta paruorum pro quolibet Cauderio.

De Notarijs qui non scribant in instrumento publico annos Domini, diem, Indictionem, & quantitatem pecuniae vnicula litera abreviata. Cap. XIX.

STATUIMUS, quod de cætero nullus Notarius scribat in instrumento publico annos domini, indictionem, diem, & quantitatem pecuniae vnicula litera abreviata, quod si contrafecerit componat communi libras decem paruorum sine remissione & teneatur reficere cartam ad voluntatem domini Potestatis.

De Notarijs rogatis de aliquo publico Instrumento. Cap. XX.

STATUIMUS, & ordinamus, quod quilibet Notarius qui fuerit rogatus ab aliquibus de aliquo publico instrumento conficiendo, & eum stipulauerit, teneatur talis notarius ipsum instrumentum completere, & authenticare, usque ad quindecim dies proximos, postquam à partibus fuerit rogatus de eodem in pena solidorum viginti communi componenda pro uno quoque contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum; Et postquam talis Notarius dictum instrumentum authenticauerit, & presentauerit partibus, siue parti, pro qua fecerit, & illa pars, siue partes tali Notario illa die, vel sequenti de suo labore non satisfecerint, & de hoc lamentatio facta fuerit domino Potestati, talis pars, siue partes teneantur soluere dicto Notario in duplum de eo, quod sibi venerit pro labore dicti instrumenti, vel instrumentorum sine remissione; De testamentis vero conficiendis dicti Notarij ad penam praeditam non teneantur; Et cancellarius astimatorum de Instrumentis, & scripturis, quæ faciet in eorum officio, non teneatur ad dictam penam, sed facere teneatur secundum formam sui Capitularij.

Quod Nullus audeat emere bladum aliquod, vinum seu oleum nisi tempore iusta recollectionis. Cap. XXI.

CVM intempestiuè vendere usufructum pauperibus est detrimentum, quod ipsi plerumque multa incomoda patiuntur, ideo sanctum est, quod non sit licitum alicui personæ tam terrigenæ, quam forensi, quod audeat, vel presumat modo aliquo, vel ingenio emere, vel emi facere aliquam quantitatem frumenti, vel alterius bladi, salis, vini, nec olei nisi in temporibus infra scriptis congruis, & consuetis; Videlicet frumentum, vel alterum bladum nisi à festo Sancti Petri mensis Iunij in antea omnibus emere sit licitum; Salem omnes in primo die Maij emere valeant; De Vino autem à festo Sanctæ Mariæ mensis Augusti in antea sit in potestate illius qui emere voluerit; De oleo vero omnes à festo Sancti Lucæ de mense Octobris in antea valeant emere; Et si aliquis ante dicta tempora emisset, vel aliquod forum

forum spalmauisset de prædictis, illud forum careat firmitate, & nihilominus emptor amittat totum illud, quod emisset, cuius medietas sit communis, & alia medietas accusatoris, per quem veritas cognoscetur.

De Medicis, quod non dent Dominationi aliquem vulneratum pro liberato nisi consentiente Medico Phisico. Cap. XXI.

STATUTUM, & ordinatum est, quod quandocumque contigerit aliquem percussum, siue vulneratum datum domino Potestati pro periculo, esse in cura alicuius medici chirurgie, nullo modo possit, nec audeat ipse Chirurgus dare domino Potestati talem percussum siue vulneratum pro deliberato de tali percussione, siue vulnere, nisi praesente, & consentiente Medico Phisico salariato pro communi Iustinopolis, & coram domino Potestatu, qui pro tempore fuerit ad regimen ciuitatis Iustinopolis.

De Superstante super vijs opportunis exterioribus. Cap. XXXIII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod superstans viarum extrinsecarum sit ad prouidendum, & superstandum de omnibus vijs opportunis exterioribus, causa aptare faciendi, ut videbitur expedire. Qui superstans possit præcipere illis personis tam communiter, quam diuisim, quibus ei videbitur faciendum; Et si aliquis dictarum personarum, cui præceptum fuerit per dictum superstantem eundi ad aptandum vias, quas ei videbitur oportunas ad aptandum, tunc ille talis, cui præceptum fuerit per eundem, si ad dictum opus ire recusauerit, cadat ad poenam solidorum decem communi componentiam; Et dictus superstans de mandato domini Potestatis, & Capitanei habeat arbitrium præcipiendi illis personis vtriusque sexus, quæ habuerint campos aut vineas, vel terrenum super stratam communis, quod faciant foxatos opportunos secundum quod videbitur prædicto superstanti opportunum, & necessarium conuenire, infra quindecim dies post præceptum eis iniunctum per eundem superstantem sub poena solidorum quadraginta parvorum communi componenda, quoties contrafecerint; Et teneatur talis superstans ire ad minus duobus diebus in Hebdomada ad prouidendum, & aptandum fieri vias supradictas, & foxatos, & hoc facere teneatur dictus superstans sub pena solidorum quadraginta parvorum communi componenda quoties contrafecerit; Item prædictus superstans etiam prouidere teneatur, & superstare ad aprare faciendum flumen Risani, & Flumiselli, vbi ei videbitur opportunum, & teneatur dictus superstans dare in scriptis domino Potestati illos qui contrafecerint in dicta poena, quoties per eos contrafactum fuerit, illa die qua contrafecerint, & quod dictus superstans habeat plenum arbitrium percipiendi, siue præcipere faciendi illis quibus sibi iuste videbitur ad accipendum aquas in suis foxatis, & per super suum, ut ipsi superstanti melius videbitur, ne ipsæ aquæ laedant vias publi-

publicas esteriores , & illi quibus præceptum fuerit prædicta per prædictum superstantem facere , & completere teneantur infra quindecim dies post dictum præceptum sibi factum per dictum superstantem in dicta poena communis componenda , & nihilominus prædicta facere teneantur ; Et prædictus superstans omni muta officij eius teneatur ad superuidendum tres pontes lapideos in Zaulis factos , & ædificatos super communis Iustinopolis tempore egregij viri Pauli Mauroceno tunc honorabilis Potestatis Iustinopolis , qui prius facti erant lignamine per communis prædictum Iustinopolis in loco vbi sunt , & ipsos pontes , & stratas regales aptare usque ad summitem Vngaræ si necesse fuerit ; Insuper dictus superstans modo aliquo , vel ingenio non debeat inuenire aliquam operam nomine alicuius cui præceptum fuerit ire , vel mittere in seruitium communis , seu aliquam quantitatem pecuniae recipere ab aliquo occasione prædicta , sed solum ille cui præceptum fuerit ire , vel mittere in seruitium communis , teneatur ire personaliter , vel mittere alium pro se . & ipsi soluere de suo opere ; Et si dictus superstans contrafecerit ad prædicta , vel ad aliquod prædictorum incidat ad poenam librarum decem parvorum quoties per ipsum fuerit contrafactum ; Quæ poene superiorius prænominata remaneant in libertate domini Potestatis & Capitaniei accipiendi , & relaxandi ad plus , & minus pro ut eidem domino Potestati , & Capitaneo placuerit ; Item additum est , quod dictus si superstans possit præcipere infrascriptis villis de consensu tamen domini Potestatis , & Capitaniei , Homines quarum villarum teneantur , & debeat aptare , & reparare vbi fuerit necesse , & opportunum , stratum , per quam itur , incipiendo de Treuolcho usque ad Pontem Risani de subtus recto tramite ; Et incipiendo postea de Ponte superiori Risani recto tramite veniendo usque ad Ecclesiam Sancti Michaelis de Ariolo , Homines quarum Villarum teneantur dictam viam in bono statu quoties expedierit , reparare , & aptare ; Quam vero viam homines infrascriptarum villarum , scilicet partem dictæ viae eisdem assignatam reparare , & aptare debeat , ut inferius distinctum est .

Videlicet ; Primo incipiendo à Ponte Risani de subtus recto tramite veniendo per viam usque ad Ecclesiam Sanctæ Marie Crucis de calle homines infrascriptarum Villarum ; Videlicet Villæ Rachitoui , Villæ Dolis , Villæ Xaxidis , Villæ Xuonigradi , Villa Popechi , Villa Bexuizæ , Villa Lonchi , Villa Cernicalis , Villa Gabruizæ , Villa Hospi , Villa Xaxæ , Villa Raxarolli , Villa Brezæ , Villa Antignani teneantur quoties expedierit partem eisdem assignatam reparare , & aptare vbi fuerit opportunum .

Et incipiendo postea de Sancta Maria Crucis de Calle veniendo recto trahente per viam usque ad Ecclesiam Sancti Michaelis de Ariolo homines infrascriptarum Villarum , videlicet Villa Canis , Curiarum Ferneti , Curiarum Marexegi , Villa Cubedi , Villa Vlcigradi , Villa Figarolæ . Villa Valmorasæ Villa Tersigi , & Cerusoli , Villa Popetræ , & Lauræ , Villa Glemis , & Luparij cum Villa Xabauæ teneantur quoties expedierit partem prædictam dictæ viae eisdem assignatam reparare , & aptare vbi fuerit opportunum .

Et redeundo retro de dicta Ecclesia Sancti Michaelis de Ariolo tendentes per aliam viam, per quam itur recto tramite ad Pontem superiorum Risani, homines omnium supradictarum Villarum teneantur, & debeant viam predictam reparare, & aptare vbi necesse fuerit de dicto Ponte superiori usque ad Ecclesiam Sancti Michaelis.

Et incipiendo de Ecclesia Sancti Michaelis veniendo recto tramite usque ad Pontem Trauolchi homines infra scriptarum, videlicet Villæ Paugnani, Villæ Sanctæ Mariae de Monte, Villæ Costabonæ, Villæ Nouæ Vicus Sancti Petri cum villa Padenæ, Villæ Albuzani, Villæ Topolouizæ cum Villa Gradiñæ Villæ Sternæ, Villæ Cubertuni, Villæ Sorbaris, & Oscurus cum Villa Merischia teneantur, quoties expedierit dictam viam reparare, & aptare vbi fuerit opportunum;

Et reuertendo iterato ad Pontem Risani de subtus, incipiendo de illo ponte, & eundo usque ad contratam Nogaræ Communitas Iustinopolis teneatur aptare, & reparare dictam viam vbi fuerit necesse.

De Contrata vero Nogaræ fiat secundum consuetudinem iam diu observatam.

De omnibus autem alijs vijs, & stratis generalibus sitis in districtu Iustinopolis in reparatione, & aptamine earum remaneat in libertate domini Potestatis ad aptandum, & reparandum dictas vias, pro ut eidem de iure videbitur conuenire. Quæ omnia supradicta haec tenus obseruata sunt, & ad praesens obseruantur.

De Habentibus possessiones super Flumisellum quod teneantur mundare Rubidas, quæ sunt, in tantum quantum durant suæ possessiones.

Cap. XXIV.

STATUIMUS, & ordinamus, quod quælibet persona vtriusque sexus tam ciuis, quam forensis habitator Iustinopolis habens possessiones aliquas super Flumisellum teneatur, & debeat habere ad unum mensum proximum venturum in tantum quantum tenent, & durant suæ possessiones, remouere, reparare, ac mundare omnes frascas, ligna, rubidas, & quascumque immundicias, & hoc à Treuolcho Canzani usque ad Pontem ligneum, qui est propè contratam Montignani, per quam itur in Cornalongam sub poena solidorum centum parvorum pro quolibet contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum; Et à dicto termino in antea vnius mensis quilibet habens possessiones super Flumisellum ut supra teneatur omni anno in tantum quantum durant eius possessiones, obseruare prædicta sub dicta poena; Et quilibet possit esse accusator, & tenebitur de credentia, & habebit medietatem poenæ, si per eius accusationem veritas cognoscetur; Item quod superstantes communis de foris omni mense teneantur suprauidere si orti fuerint Puleñij siue aliquæ punctæ super dictum Flumisellum, & ex debito sui officij eosdem Puleños, & punctas aptati, mundari, & reparari facere taliter, quod acqua

acqua possit habere cursum suum: ac etiam omni mense teneantur suprauidere de Pulesnis, qui sunt in flumine Risani, & præcipite Molinarijs Risani, quod retineant eum mundum, & defrascatum melius quam potuerint; Ac etiam omni mense prouidere de strata ongare, & Risani, & procurare, & studere, quod stratae prædictæ aptentur vbi fuerit necesse.

De Superstante Interiori. Cap. XXV.

STATUIMUS, & ordinamus, quod superstans interior qui pro tempore erit, vigilare, & procurare debeat cum omni sollicitudine ad vias publicas, & regales, & plateas communis, & cuiuslibet viciniantæ curandas, & curare faciendas in ciuitate Iustinopolis, quando erit necesse; Et quod Fusoli habentes cursum super vias mundentur, & curentur ut expedierit, & ut melius videbitur ad decorum ciuitatis; Item prædictus superstans etiam prouidere tenetur de superstare ad aptari faciendum viam usque ad Treuolchum, & viam, per quam itur usque ad Columnam Fontanæ, vbi eidem melius videbitur fore opportunum.

De Eleccióne, & officio Sprochanorum. Cap. XXVI.

STATUTUM, & ordinatum est, quod omnes illæ personæ, quæ vellent uti, & exercere officium sprochanariae, non valeant facere de mercationibus, videlicet de vino, oleo, sale, nec habere societatem cum aliqua persona, quæ fecerit tales mercantias sub pena librarum quinquaginta paruorum, cuius medietas sit communis, & alia medietas sit accusatoris per quem veritas cognoscetur, & cadant ad dictam penam toties quoties contrafecerint in prædictis; Et si aliquis voluerit uti dicto officio sprochanariae, faciat se denotare in cancellaria, & utatur dicto officio; Et si dictum officium exercere vellit, & se scribi non faciet in cancellaria communis cadat ad penam librarum vigintiquinque paruorum ut supra diuidenda, & hoc toties quoties contrafecerint in prædictis.

De Officio Iustitiarorum Communis. Cap. XXVII.

IVRAMUS ad Sancta Dei Euangelia exercere officium Iustitiariæ bene, & legaliter bona fide, sine fraude sub pena inferius denotata; Videlicet primo superuidere de cunctis mensuris, & ponderibus mercatorum, Panicocolorum, Tabernariorum, & cuiuscumque alterius manierei ad minus semel in hebdomada sub pena solidorum centum paruorum pro quolibet, & quoties contrafecerit, habendo accusator medietatem penæ, & commune aliam medietatem; Et super facto carnificum ita eos volumus vigilare, quod semper unus illorum, quando carnes vendunt in macello, stare debeat in loco bechariæ, vbi eis fuerit assignatum, cum statera, & Cadelepo, & ponderare, debeat

debeant carnes omnium ementium, hoc prius quæsito, quales sint carnes, & quantum constiterint; Et si aliquem in fraude inuenerint, denuntient domino Potestati; De omni poena, & condemnatione in eorum officio inuentis habere debeant dicti Iustitiarij medietatem, & commune aliam medietatem; Et quod vnu dictorum trium Iustitiariorum stare debeat in becharia ad carnes ponderandas à mane usque ad tertias, & à Nona usque ad Vespertas sub pena solidorum viginti paruorum medietatem communi, & medietatem manifestanti; Nullus Iustitiariorum habere debeat societatem cum becharijs, panicocolis, vel tabernarijs, nec cum ipsis becharijs bibere, vel comedere tempore sui officij sub pena solidorum quadraginta paruorum pro quolibet contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum, cuius poenæ medietas fit communis, & alia medietas accusantis; Et nemo Iustitiariorum carnes pro aliquo emat sub eadem poena solidorum quadraginta, nisi tantum pro se, & domo sua; Et teneantur Iustitiarij signare mensuras omnium tabernariorum, habendo pro qualibet mensura solidum vnum.

De Iustitiarijs non audentibus recipere exenia ab illis, cum quibus habent agere occasione sui officij. Cap. XXVIII.

STATUTUM, & ordinatum est, quod nullus Iustitiariorum communis Iustinopolis de cætero modo aliquo, vel ingenio audeat, vel præsummat recipere, vel recipi facere per se vel per alios à Becharijs Iustinopolis, vel ab aliis personis vtriusque sexus, cum quibus agere debeant occasione sui officij, vel ab aliquibus alijs eorum nomine exenia aliqua, siue dona alicuius rei cuiuscumque nominis sit, & quocumque nomine censeantur sub pena solidorum centum paruorum pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerit; Et quilibet possit accusare contrafacentes habendo medietatem dictæ poenæ, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De Stantibus in Taberna post Campanam. Cap. XXIX.

NVLIUS CIUJUM sit ausus nocte, postquam sonus campanæ cessauerit stare, vel intrare tabernas per potum, nec tabernarius tenere apertas ad dandum potum alicui ciui Iustinopolis, nisi extraneis, qui essent in domo sua sub pena mediæ Marchæ.

De Falsantibus aliqua mercimonia. Cap. XXX.

ITEM, quod nullus mercator, aut alia persona audeat, vel præsummat falsare aliqua mercimonia, quæ alijs vendidisset sub pena perdendi illa mercimonia in eum veniendo, qui ea comparauerit, & tantum emendet communi, & plus ad voluntatem domini Potestatis, & Capitanci.

I Tem quod nullus mercator audeat minorare mensuras aliquas, aut pondera, sed cum iustis mensuris ponderet, & mensuret sub poena librarum vigintiquinque pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice; Et accusator habeat medietatem.

Quod aliquis Mercator de cætero non audeat vti aliqua mensura olei, nisi tantum de Vitro, videlicet libra, media libra, & quartarola.

Cap. XXXII.

STATUTUM, & ordinatum est pro fraudibus, & malitijs mercatorum utriusque sexus euitandis, quod nullus mercator utriusque sexus habitans in ciuitate Iustinopolis de cœtero audeat, nec præsumat vii aliqua mensura olei, videlicet libra, media libra, & quartarola nisi tantum de vitro bullata bulla Sancti Marci; Quæ mensuræ debeant esse iusta, & hoc in pena librarum quatuor paruorum pro unoquoque contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum; Et quilibet possit esse accusator, & habeat medietatem penæ, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De Mercatoribus non audentibus vendere aliquam mercationem ad aliud pondus, quam ad simile, quo venditur Venetijs. Cap. XXXIII.

STATUIMUS quod non liceat alicui mercatori cui vel forensi habitatori Iustinopolis utriusque sexus vendere aliquam mercationem cuiuscumque manierei existat ad aliud pondus, quam ad simile, quo venditur Venetijs sub poena solidorum centum paruorum, cuius poenæ medietas sit communis, & alia medietas accusatoris, si per eius accusationem veritas cognoscetur; Et Iustitiarij præsertim teneantur prouidere de prædictis secundum formam sui capitulatij, & accusare contrafacentes.

De Mercatoribus Habentibus iustas mensuras. Cap. XXXIV.

I TEM quilibet mercator, & vnaquequæ persona habeat, teneat, & vtatur iustas mensuras, scilicet Mezenam, Quartam & Bacharium bullatas per Iustitiarios, & sagomatas ad Madricolas communis, Mezenas vero, Quartas, & Bacharios ad mensurandum bladum, & Legumen habeat feratas in cruce bullatas, & sagomatas ad Madricolam communis; Brazzolaria vero habere, & tenere debeant ad formam illorum communis, & bullata per Iustitiarios; Qui vero contrafecerit componat communi libras vigintiquinque paruorum, quoties fuerit manifestum; Brazzolaria vero habere, & tenere debeant pro mensurando panos coloris, & fustagnum ad similitudinem illorum, qui sunt Venetijs in poena prædicta communi componenda; Et nemo utriusque

utriusque sexus, qui vendiderit frumentum, bladum, & legumen sit ausus dare Mezenas, Quartas, siue Bacharios, cum quibus mensurauerint praedita, nisi tantum cum rotulo sub poena nominata communi componenda, quoties contrafecerit. Præter de frumento, blado, & legumine, quod mensuratur ad mensuras lapidum Plateæ; Salvo tamen iure Communis, & illorum, qui emunt ius à communi De illis qui vendunt frumentum, bladum, & legumen in grossio ad mezenas feratas, excepto Mussolatis vel alijs forensibus conducentibus frumentum, vel farinam hic in ciuitate Iustinopolis ad pondus communis. Quod valeant illud frumentum, vel farinam ponderare ad libras quadraginta pro quarta, prout ad præsens obseruatur, non obstante aliquo statuto loquente in contrarium.

De Mercatoribus vendentibus, & ementibus panum ad Brazzolarium Communis. Cap. XXXV.

I Tem statuimus, quod omnes Mercatores vendant, & emant panum de suchigna, de matarello, sajam, panum de Lanzan, panum lini, & taxam nisi ad brazzolarium maius designatum ad campanile, aut alium brazzolarium Venetum ibidem designatum sub poena mediæ Marchæ.

Quod Becharij non audeant sconflare, vel soflare cum flatu, vel aliter alias carnes, quæ renderentur in becharia communis. Cap. XXXVI.

STATUIMUS, & ordinamus quod quilibet Becharius, qui vitetur arte bechariae in Iustinopoli, nullo modo, vel ingenio audeat vel præsumat sconflare, vel soffiare cum flatu, vel sine alias carnes, quæ venduntur in becharia communis, nec vendere pedes cum schinchis cum dictis carnibus ad pondus sub poena solidorum centum patuorum pro quolibet contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum; Prætereà prædicti Becharij nullo modo, vel ingenio audeant, vel præsumant tenere vendere, vel vendi facere alicui carnes de hirco, de pecude, & capra in becharia communis nisi à Pilonis lapideis interius, qui sunt in medio bechariae versus murum ipsius bechariae, & versus solis ortum, vel extra bechariam sub poena prædicta solidorum centum, & quilibet possit esse accusator, & habeat medietatem penæ, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De Becharijs tenentibus discos extra Pilonos Bechariae. Cap. XXXVII.

I Tem quod Becharij teneantur omnes suos discos ponere intra Pilones becharie, & extra dictos Pilones non audeant excoriare, neque pilare bestias, seu ipsas picchare sub poena mediæ marchæ pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice.

De Becharijs vendentibus carnes alterius qualitatis, quam sint.

Cap. XXXVIII.

I Tem, quod nullus Becharius audeat vendere carnes alterius qualitatis quam sint, videlicet de pecude pro Castrato, aut de hirco pro moltone, & huiusmodi sub pena libratum vigintiquinque parvorum.

De Becharijs Vendentibus duas carnes simul. Cap. XXXIX.

I Tem, quod nullus Becharius audeat vendere duas carnes simul, sed quilibet pro se, incipiendo à melioribus, & postmodum à peioribus sub pena vnius Marchæ pro quilibet contrafaciente, & qualibet vice.

De Becharijs vendentibus carnes in becharia quæ forent mortis inæ.

Cap. XXX.

I Tem quod nullus Becharius audeat ducere, seu vendere in becharia communis carnes, quæ forent mortis inæ, aut mortuæ extra bechariam sub pena marchæ, & perdendi carnes.

De Becharijs non vetantibus carnes alicui petenti, cum inciderint.

Cap. XXXI.

I Tem statuimus, & ordinamus, quod quilibet Becharius teneatur cum incidet carnies ad vendendum, dare de carnibus, quas inciderit cuilibet petenti, & nemini vetanti, donec durabunt carnes; Et non teneantur proice-re carnes super assidibus, nec in aliquo loco conseruare in becharia, nisi forent ad postam domini Potestattis; Omnia obseruare teneantur sub pena me die Marchæ quoties contrafecerint, videlicet medietate communi compo-nenda, & alia medietate accusatoribus.

Quod nulla persona sordidum faciat in Becharia communis. Cap. XXXII.

I Tem statuimus, quod nullus becharius, aut aliqua persona audeat pone-re, seu conducere, aut facere aliquod sordidum, seu immundum in becharia communis sub pena centum solidorum parvorum, habendo accusa-tor medietatem penæ, & commune alteram medietatem.

Quod Panicocolæ teneantur facere panem secundum pondus, quod sibi dabitur à domino Poteestate. Cap. XXXIII.

I Tem, quod quilibet Panicocolus, vel Paniccola teneatur facere panem secundum pondus, quod sibi dabitur à domino Poteestate sub pena libra-rum

rum quatuor pro quolibet, & qualibet vice, cuius poenæ medietas sit communis, & alia medietas accusatoris, & amittat panem; Qui panis detur carcera-tis, vel pauperibus Hospitalis Sancti Nazarij.

Quod ne quis Piscator audeat vendere pisces extra ciuitatem Iustinopolis.

Cap. XLIV.

NE quis piscator sit ausus portare pisces aliò ad vendendum, nisi Iustino-polim tantum, nisi saevitia temporis fuerit occupatus sub poena libra-rum quinq; paruorum communi componenda, habendo qui manifestauerit solidos viginti; Et quod non liceat alicui piscatori vtriusque sexus conducere seu tenere pisces putridos in piscaria communis sub pena solidorum quadra-ginta paruorum communi componenda, & perdendi pisces; Et insuper stare debeant in pedibus dum pisces vendere voluerint sub poena prædicta.

De Piscatoribus Vendentibus Pisces alicui causa reuendendi. Cap. XLV.

ITEM quod nullus Piscator audeat vendere pisces suos alicui causa reuen-dendi, nec aliquis eos emere causa reuendendi, sub poena solidorum vi-ginti, & perdendi pisces, & emptor, & venditor valorem ipsorum.

De Piscatoribus conducentibus totum piscem in Piscaria. Cap. XLVI.

ITEM quod quilibet piscator terrigena, vel forensis, qui ducet pisces Iusti-nopolim ad vendendum statim cum venerit ad ripam ducere totum pi-scem in piscaria teneatur, & non tenere ipsum, nec portare ipsum in aliun-locum, nisi tantum ad piscariam sub poena perdendi totum piscem, quem, non duxissent in Piscaria, & plus ad voluntatem domini Potestatis; Et si illo die quo conduixerit pisces in piscariam ad vendendum non poterit eum ven-dere, teneatur quilibet piscator vtriusq; sexus omnibus piscibus illo die non venditis incidere caudas, ita quod dicti pisces cognoscantur non esse recen-tes, & alias fuisse in piscaria sub pena solidorum centum componenda-communi, & accusator habeat medietatem, & cuilibet liceat accusare taliter contrafacentes.

De Piscatoribus stantibus ad discopertum cum vendiderint pisces.

Cap. XLVII.

ITEM statuimus, quod omnino pescatores cum venerint ad piscariam ad vendendum pisces, quod non stent in aliquo loco vbi pisces vendiderint ad copertum sub pena solidorum quadraginta paruorum pro uno quoque contrafacente; Et quilibet possit esse accusator, & habeat medietatem dictæ penæ, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

I Tem statutum est, quod quilibet ciuis Iustinopolis, qui est, vel fuerit de maiori consilio, filij eorum ab eis legitimè descendentes sint, & esse debant de dicto consilio; Et ad dictum consilium positi esse non possint nisi erunt temporis annorum viginti, & ultra; Ita tamen, quod illi tales qui positi fuerint in dicto consilio de cetero teneantur se scribi facete in cancellaria communis in registro generali penes alios in dicto registro de maiori consilio denotatos.

De Collecta Congij, & Wardæ, ubi sint persoluenda. Cap. IL:

I Tem statuimus, & ordinamus, ut quicunque ciuis Iustinopolis in quacumque porta stet erit vel habitauerit à modo usque ad festum Sanctæ Mariæ Augusti, in eadem contracta teneatur soluere congium Domini Ducis domino Patriarchæ Gradiæ, & guardiam Guardianorum vinearum, & camporum.

De modo, & ordine torculariorum, & Seruitorum eorumdem. Cap. L.

STATUIMUS, & ordinamus super torcularios exercentes artem torculariarum in ciuitate Iustinopolis ad oleum faciendum pro utilitate, & conseruatione totius ciuitatis, & vniuersitatis Iustinopolis tempore quarti regiminis Domini Marini Baduarij, tunc Potestatis, & Capitanei Iustinopolis in MCCCXXI, quod Magistri Torculariorum, & Seruitores eorumdem exercentes dictam artem torculariarum teneantur exercere predictam artem, & operam bene, & legaliter omni fraude, & malitia remotis in hunc modum. Videlicet quod teneantur bene reponere, & saluare omnes oliuas, quas ad torcularios conduixerint, videlicet oliuas cuiuslibet Patroni per se, taliter quod Patroni earum de illa quantitate, quam dederint damnum aliquod non substineant; Et si necesse fuerint teneantur, & debeant eas lauare, seu lauari facere antequam laborent, & postmodum eas molere vel moli facere rationabiliter ad molam sicut eis videbitur conuenire, & ipsis molitis insaccare bene, & fideliter; Et teneantur dare ad minus decem Zontas aquæ bonæ calefactæ, vnam post aliam infra spatium debitum, & rationabiliter pro unaquaque mezena oliuarum cum fistula bullata à Iustitiarijs, ita quod quatuor ex ipsis fistulis faciant vnam vrnam, & hoc infra; Et nullo modo predicti Magistri & Seruitores, vel aliquis eorum audeat aufere, nec petere nec auferi, & peti facere de oleo, quorum oliuæ fuerint pro ardeo, vel comedendo de die, vel de nocte, vel aliquo modo tacito, vel expresso; Et quod quando oleum erit in vase vocato factore cum aqua, Patroni torcularis, & seruitores eorumdem exercentes dictam artem torculariarum non audeant, vel presumant extrahere vel extrahi facere spumam, oleum nec aquam dicti vasis factoris, nisi patroni oliuarum, seu eorum nuntij ibi fuerint praesentes

ges sub poena librarum vigintiquinq; paruorum pro quolibet contrafaciente,
& qualibet vice, cuius poenæ medietas sit communis, & alia medietas accusatoris per quem veritas cognoscetur; Habendo & recipiendo dicti Magistri torcularis, & seruitores tantum solidum vnum pro qualibet mezena oliuarū laborata, & mensurata ad iustum mensuram cum rotulo & bullatam à Iustitiarijs, & hoc pro cibo, potu, & lignis, sed pro labore suo libras septem olei pro centenario completo olei puri, & ab inde supra, & infra pro rata à domino oliuarum, remanente semper polpamine domino, cuius oliue fuerint, accipiendo solutionem suam tantum ad dominorum domum, quorum oliue fuerint; Et teneantur etiam prædicti Magistri torcularis tenere, & operari in torcularijs vbi laborauerint vrnas, & alias mensuras iustas bullatas bullo Iustitiorum communis sub poena, quæ continetur in statuto de minorantibus mensuras; Quæ omnia, & singula superscripta omnes magistri torcularis, & seruitores, & quilibet eorum attendere, & obseruare teneantur sub poena sacramenti, & solidorum quadraginta paruorum pro unoquoque magistro contrafaciente, & solidorum viginti pro unoquoque torculario, & seruitore contrafaciente in quolibet prædictorum capitulorum quoties fuerit contrafactum componat communis, & accusatori; Et Iustitiarij communis, qui pro tempore fuerint, & superstantes viarum intrinsecarum ciuitatis Justinopolis teneantur, & debeant ex debito eorum officij quotidie, scilicet semel saltem in die inquirere, & perscrutari per omnes Torcularias ciuitatis Justinopolis, & si quos inuenirent contrafacientes eos accusare debeant domino Potestati, & contrafacientes incident ad poenam prædictam pro unoquoque eorum ut superius dictum est; Et simili modo patroni oliuarum, & eorum nuntij possint, & valeant denunciare contrafacientes; Et tam Iustitiarij, superstantes viarum, quam etiam patroni oliuarum, seu eorum nuntij, & quilibet prædictorum, qui accusauerit contrafacientes habeant medietatem penæ; Et de prædictis omnibus accusatoribus dictis, & cuilibet eorum suo sacramento dabitur plena fides.

De ijs quæ debent obseruari per Dominum Potestatem, & Capitaneum Justinopolis occasione Nundinarum Sanctæ Mariæ capititis Risani. Cap. LI.

CVM secundum antiquas consuetudines hactenus obseruatum sit, volentes in assumptione Virginis gloriose ipsius festum, & nundinas conservare, ne defectu prouisionis dictæ nundinæ deuastentur, immo potius efficacius obseruentur presenti decreto duximus statuendum, & totaliter obseruandum; Quod omni anno in solemnitate Assumptionis Virginis gloriose quæ est quintadecima die mensis augusti in capite Risani, vbi Nundinæ celebrantur ad custodiā dictarum nundinarum, & hominum illuc venientium, & concurrentium, omni anno dominus Potestas, & Capitaneus mittere tenetur vnum ex suis socijs militibus cum ea familia, quæ sibi videbitur conuenire, & duos Iudices cum uno Cancellario, qui vna cum dicto socio mili-

te sint ad dictas nundinas ad regendum , & gubernandum , & vnicuique iuriis , & iustitiae faciant complementum secundum consuetudinem hactenus obseruatam ; In quibus nundinis ire debeant vigintiquinque Equites Iustopolitaniani armati condecenter , & Comitabilis domini Potestatis cum hominibus pedestribus inter ciues , & forenses armatis quadraginta , & plus , & minus arbitrio domini Potestatis ; Et dictus Miles socius domini Potestatis cum sua familia pro expensis sibi opportunis , & pro se , & suis equis à villanis Villarum , quaे hactenus sunt assuetæ facere talia , habere debeat usque ad summam librarium sexdecim paruorum pro illis diebus , quibus steterit ibidem , & non ultra ; Comestabilis vero habere debeat libras octo pro suis expensis , & non ultra ; Insuper Rustici in dictis nundinis annuatim conductant vel conduci faciant dicto Mili Socio , & Comestabili fentim , paleam , bladum pro equis suis , & totius sue familie , & viatum oris pro sua familiantum , quod sit sufficiens pro ipsis , & suis familijs , vt hactenus est obseruatum ; Item teneantur dicti Villani eorum expensis facere , & construere annuatim domos de frondibus , & lignis copertis pro dicto socio milite domini Potestatis , & eius familia , & iudicibus cum suo cancellario ; Et etiam Frascale consuerum in loco deputato pro stabulis equorum , de quibus omnibus supradictis consuetudo hactenus est obseruata ; Si vero dominus Potestas , & Capitanus Iustinopolis ire voluerit ad dictas Nundinas visitandum , quod dicti Rustici teneantur dicto domino Potestati , & Capitaneo Iustinopolis , facere expensas oris , & equorum & etiam alijs , qui fuerint cum eo in societate usque ad summam equorum triginta , & non ultra secundum quod per Ducale Dominium Venetiarum exitit ordinatum .

Quod non obstante Instrumento debiti integro , si debitor dixerit in iure se partem debiti persoluisse sine confessione habita à creditore , dari debeat Sacramentum creditoris , si partem solutionis huinsmodi debiti receperit . Cap. L II.

PRæterea statutum , & ordinatum est , quod si aliquis creditor petierit alii cui suo debitori aliquam quantitatem pecuniae per cartam , & dictus debitor dixerit in iure se soluisse dicto creditoris partem dictorum denariorum sine instrumento confessionis , quod tunc non obstante instrumento debiti dicti creditoris ente integro in manibus ipsius creditoris dari debeat Sacramentum dicto creditoris , si receperit aliquam quantitatem denariorum pro parte solutionis dicti sui debiti à dicto debitore , siue ab aliquo eius nomine ; Et dato Sacramento tali creditori dictus creditor postea non possit , nec valeat producere aliquod suum ius contra dictum debitorem per denarios , quos ipse debitor dixerit se soluisse pro parte solutionis dicti Instrumenti debiti sub pena librarium decem paruorum .

Incipit Liber Quartus Statutorum

CIVITATIS IVSTINOPOLIS.

De Guardianis celatis. Cap. I:

STATUIMUS, & ordinamus, quod omni anno fiant Guardiani celati, qui annus incipere debeat à die prima mensis Martij; Qui vero Guardiani eligi debeant per dominum Potestatem & suos Iudices, qui pro tempore fuerint, quos eis melius, & utilius videbitur. Videlicet de Porta Sancti Martini quatuor, De Porta Domo duo; De Porta Zubena ga duo; De Porta Insulana duo; De Porta Buse draga quatuor; De Porta Sancti Petri quatuor; De Porta Sancti Thomæ quatuor; De Porta Petrorio duo; De Porta Busterla duo; De Porta Noua duo; De Porta Brazolo duo; De Porta Maiori quatuor. Qui Guardiani elegantur de legalioribus, & melioribus ad hæc competentibus, vt visum fuerit domino Potestati, & suis Iudicibus; Quæ electio fieri debeat in quolibet anno, vt dictum est, in die prædicto; Qui Guardiani teneantur per Sacramentum accusare domino Potestati, & denunciare omnes damnificatores cuiuslibet rei sint, & quocumque tempore in laborerijs nostris, & etiam cum animalibus cuiuscumque manierei sint, & denotare cancellario domini Potestatis illa die, qua datum, seu factum fuerit illud damnum, & ipsa eadem die Cancellarius prædictus denuntiationem huiusmodi scribere, & denotare teneatur in suo quaterno per Sacramentum, & infrà diem tertium, postquam facta fuerit denunciatio, mittere pro accusato, & suam defensionem accipere in scriptis; Et si accusatus monstraret iniustè esse accusatum, & obtinere poterit accusationem contra ipsum factam fore iniustum, tunc condemnetur talis accusator in libris vigintiquinque communi, & cassetur incontinenti ipso officio, & non denotetur infamis; Si autem dictus accusatus obtinere non poterit se iniustè fore accusatum, si sic se obtulerit probaturum, tunc emendare debeat in duplo condemnationem, quæ in eum det dicta causa; Et condemnationes, seu banna, quæ vel quas ex dictis accusationibus fuerint consecuti, deueniant pro vt in alijs statutis de damnis datis denotatur; Excepto si per viatores forenses cum suis equis, vel alijs animalibus aliquod damnum datum fuerit, vel factum in ipsis laborerijs, quod de hoc sit in prouidentia domini Potestatis, & suorum Iudicium.

De Damnificatoribus Inuentis à Custodibus Publicis, vel Patronis.
Cap. II.

STATUIMUS, & ordinamus, quod quicumque inuentus, & accusatus fuerit à custodibus Vinearum publicis, & patronis, vel quibuscumque alijs pignus habentibus, seu accipientibus, si illud damnum valebit minus uno soldo componat libras octo paruorum, & si valebit plus uno soldo componat libras sexdecim paruorum, de quibus penis prima pars sit domini vſufructus accepti, secunda accusatoris, & tertia communis, & nihilominus ille, qui damnum fecerit illud satisfaciat patienti; Et qui de nocte inuentus fuerit accipere de vſufructibus, à soldo uno inferius componat libras decem paruorum, & à soldo uno superius componat libras vigintiquinque; Et tales poenæ veniant ut supra; Videlicet tertia pars domino rei, tertia accusatori, & tertia communis, & damnum satisfaciat patienti; In quibus Vſufructibus non intelligitur herba, & ille qui inuentus fuerit facere herbam in laborerijs, seu possessionibus alienis, cadat ad poenam librarum trium paruorum modo simili componendam, & damnum satisfaciat patienti; Et qui inuentus fuerit facere ligna in silua Patronorum, incidat ad poenam librarum octo paruorum, & damnum satisfaciat patienti, & tales penæ veniant ut supra; Et si ipsi custodes inuenti fuerint facere damnum, teneantur ad dictam penam, & damnum satisfaciant in duplum patienti; Et si aliquod damnum datum fuerit in nostris laborerijs tam per personas, quam per animalia, & damnificator non poterit inueniri, quod tunc dicti custodes teneantur satisfacere damnum prædictum in duplum patienti; Et custodes prædicti non audeant tenere apud se, seu in sua guarda aliquam personam vtriusque sexus sub pena librarum vigintiquinque paruorum communis, & accusatori componenda; Et tam custodes, quam alij damnuantes contrafacentes, qui nequierint soluere penas, & damna prædicta habeant scuticas decem ad berlinam; Et supradicti custodes vineatum, vel aliqua alia persona vtriusque sexus non possint, nec debeant domos, aut frascatos suæ custodiæ destruere sub pena librarum decem paruorum, cuius penæ medietas sit communis, & alia medietas accusatoris si per eum veritas cognoscetur; Et tales custodes eligi debeant per cauiderios portatum prima die mensis Augusti cum quatuor, vel sex de melioribus, & legalioribus vicinis cuiuslibet portæ, & ipsis custodes electi antequam intrent in officium comparere debeant cum Cauidero coram domino Potestate, & suis iudicibus, vt cognoscantur si fuerint sufficietes per dictum dominum Potestatem, & suos Iudices; Et Custodes taliter electi habeant libras quiadecim pro quolibet pro toto tempore, quo in dictis custodijs steterint, à vicinis eorum Contrataz; Et Cauiderij, & electores talium custodium sint plezij pro dictis Custodibus, non valendo dicti guardiani venire in ciuitatem nisi iu die Sabbati medietas dictorum custodum, nec laborare in suis laborerijs, nec alienis, donec stabunt in suo officio, nisi in-

vindemiando suas vineas sub pena solidorum centum paruorum quoties
contraferent, nisi venirent in ciuitatem pro accusando aliquem; Et qui-
libet possit eosdem contrafacentes accusare, & habebit medietatem poe-
nae. Et dicti custodes infra tempus dictæ suæ custodiæ non possint ire extra
districtum Iustinopolis absque verbo Preatoris in poena librarium vigintiquin-
que paruorum componenda committi, & accusatori; Et quod nemo qui
fuerit de maiori Consilio Ciuitatis Iustinopolis modo aliquo possit eligi cu-
stos Vinearum, vel siluarum.

De Pignoratis Latronibus. Cap. III.

Q Vicumque igitur, vt haec tenus innoleuit, a latronibus in Iatrocino
pignus obtinuerit extra ciuitatem, sibi fides est adhibenda, Ea tenus
verò, quod si legitimè constiterit eum indebitè pignorasse, poe-
nam, quam illi nitebatur inferre, ipse sibi merito patiatur; Ita quod infra
tertium diem veniat coram domino Potestate custos publicus, qui pignus
acceperat, & si non venerit, emendet communi solidos quadraginta, & to-
tidem pignorato; Et ille, qui pignoratus fuerit in nullo teneatur, & sibi pignus
reddatur notata accusatione per cancellarium, silicet reddatur illi pignus, cui
fuerit acceptum.

De Damnis Datis ab Animalibus In Laborerij Iustinopolis.

Cap. IV.

I Tem statuimus, & ordinamus, quod si aliquod damnum factum fue-
rit in laborerio nostrorum conciuium per aliqua animalia, & damnifi-
cator non poterit inueniri, tunc illi qui habitant in curijs, vel Molendi-
nis, quæ illis propiora fuerint, soluant illud damnum patienti; Ita ta-
men, quod si aliquis illa die, vel nocte, qua damnum fuerit datum, si-
ue factum, pasculauerit cum suis animalibus talibus qualibus damnum
apparuerit esse factum, in eadem Contracta, & illud monstrari non po-
terit, ille qui pasculauerit ibidem cum animalibus suis communiter dam-
num illud cum illis de curia illa, vel Molendino, quæ vel quod esset pro-
pior, patienti soluere teneatur, & si illud damnum factum fuerit per ta-
lia animalia quæ in illis curijs, vel Molendinis non essent, non teneantur
soluere illud damnum; Et quandocumque damnum factum fuerit alicui
in laborerio nostrorum ciuium, ambo æstimatores communis, vel vnu-
eorum, illuc ire debeat ad æstimandum, partibus cum ipsis euntibus, si
poterint reperi; Et quod dicti æstimatores, vel vnu ipsorum non va-
dant ad æstimandum, nisi prius denunciata fuerit scriptura per illum, vel
illos, qui passi fuerint damnum, in cancellaria Iustinopolis; Et si vnu
æstimatorum ægrotaret, tunc Potestas mittat vnum ex officialibus cum
altero æstimatore ad æstimandum prædictum damnum, habendo officia-

les partem lucri communiter cum æstimatoro , videlicet solidos octo , & non ultra accipient æstimatores pro ratione sua æstimationis ; Præterea , Villæ Communis , & diuisi sint in banno illo , vt sunt Curiæ , & Molendina , si aliquod damnum datum , seu factum fuerit ; Et quod quilibet habens ciuiam , vel curias extra districtum Iustinopolis non possit , nec ausus sit pestolare , nec damnum dare in laborerijs ciuium Iustinopolis sub poena libra- rum trium paruorum componenda communi , & accusatori , & damnum satisfaciat patienti ; Postremo teneatur quilibet deinceps intendens retine- re boues in districtu Iustinopolis , & debeat accedere ad Cancellarium do- mini Potestatis à quo se scribi faciat , & locum ubi habitauerit cum suis bo- bus , habendo Cancellarius à tali qui scriptus erit , & pro omnibus bobus ab eo denotatis , siue sint in magna quantitate , sine parua , solidum unum ; Et si talis scriptus postmodum aliquo tempore mutauerit alibi habitationem suam cum bobus suis vel alienis , teneatur iteratò se scribi facere cum ipsis bobus quoties se mutauerit , habendo Cancellarius pro sua scriptura præmium supradictum quoties faciet se scribi ; Et hoc facere teneantur in poena solidorum centum paruorum communi componenda , de qua poe- na accusator habeat tertiam partem , si per eius accusationem veritas co- gnoscetur ; Item si aliquod damnum datum fuerit in aliquo laborerio no- strorum conciuium per aliqua animalia , quod ille qui erit dominus illius la- borerij , in quo damnum datum esset , possit , & valeat facere æstimari ab æsti- matoribus damnum datum per animalia in pestulatione ipsius laborerij , si- cut aliud damnum , quod datum fuerit in eodem laborerio , & dictum dam- num secundum æstimationem factam ab æstimatoribus satisfieri debeat pa- tienti secundum quod dictum est supra ; Et si reperirentur aliqua animalia te- neri apud Sanctum Nazarium de foris , vel apud Sanctum Fabianum , aut in- quacumque alia parte districtus conciuium Iustinopolis , & damnum ali- quod datum , vel factum fuerit in laborerio nostrorum conciuium per talia animalia , quæ reperirentur in dictis locis esse , illud damnum patienti Domi- nus illorum animalium soluere teneatur , vt alij de Curijs , & Molendinis , seu Villis ficerent , si reperirentur esse propinquiores .

De tenendo Asinos , Mulos , vel Equos ligatos taliter quod damnum non possint facere . Cap. V.

STATUIMUS , & ordinamus , quod quilibet ciuis , & habitator Iustinopolis vtriusque sexus , qui cum suis asinis , equis , & mulis , vel alienis animalibus iuerit in suis laborerijs , vel alienis teneatur eos tenere ligatos quo cumque tempore in suo laborerio , vel in tali loco , quod damnum dare non pos- sint , excepto tempore vindemiarum , sub pena solidorum viginti paruorum communi componenda , quoties fuerit contrafactum , & quilibet possit esse accusator , & habeat medietatem penæ , si per eius accusationem veritas co- gnoscetur , & nihilominus damnum satisfaciat patienti , & si aliquo tempore dicta

dicta animalia inuenta fuerint damnum dare , vel facere in laborerio nostro-
rum conciuim de extra; Patronus huiusmodi animalium inuentorum dam-
num facere , vel dare , incidat , si fuerit in die operario , ad penam solidorum
quadraginta paruorum pro unoquoque dictorum animalium , & si fuerit in
die festiuo , vel nocturno tempore , ad penam librarum trium paruorum simi-
liter pro quolibet dictorum animalium , cuius penae medietas sit accusatoris ,
per quem veritas cognoscetur , & alia medietas communis ; Et nihilominus
damnum satisfaciat patienti .

*De Damno dato à Boue , vel Vacca , Pecude , Castrone ,
& Agno . Cap. VI.*

ITem si bos , vel vacca alicius inuenta fuerit damnum dare , vel facere in
laborerijs conciuim Iustinopolis , tunc eius patronus incidat , si fuerit in
die operario , ad penam solidorum triginta pro quolibet boue , vel vacca , & si
fuerit in die festiuo , vel tempore noctis ad penam solidorum quadraginta
paruorum pro unaquaque Vacca , vel Boue , diuidendam medietatem com-
muni , & medietatem accusatori , per quem veritas cognoscetur , & damnum
satisfaciat patienti . Si verò Pecus , Castronus , Moltonus , Hircus , vel Agnus
repertus fuerit damnum dare , vel facere in dictis laborerijs , Patronus cuius
fuerit incidat in die operatio ad penam solidorum quatuor paruorum pro
quolibet animalium , & si in die festiuo , vel tempore noctis ad penam solidorum
sex paruorum pro unoquoque dictorum animalium diuidendam
vt supra , & damnum persoluat patienti ; Et quilibet possit esse accusa-
tor , & pignorare dicta talia animalia inuenta in suis laborerijs , vel alienis ,
& denunciare domino Potestati illa die , qua damnum datum fuit , vel se-
quenti .

*De Animalibus minutis non tenendis in campo Martio .
Cap. VII.*

STatuimus , & ordinamus , quod aliquis utriusque sexus tam ciuis quam
forensis non audeat , nec præsumat tenere animalia minuta cuiusvis
manierei in campo martio ad pascendum ipsa sub pena solidorum duorum
pro quolibet dictorum animalium , cuius penae medietas sit communi-
nis , & alia medietas accusatoris ; Saluo quod non intelligantur in hoc de
animalibus prædictis , quæ tenentur ad pascua in dicto campo Martio per
Macellatores Iustinopolis causa maestandi ea in macello ; Et quod nemini
liceat fesselare herbam , vel facere fenum in dicto campo Martio , nec in
aliquo loco communis sub pena solidorum centum paruorum diuidenda vt
supra .

De Venatoribus non euntibus Venatum nisi tempore debito.
Cap. VIII.

Q Vicumque iuerit venatum à Calendis Martij usque ad Calendas Octobris sine licentia domini Potestatis , libras tres paruorum communi componat , & damnum patienti sine remissione .

De Non eundo per Laboreria de extra . Cap. IX.

I Tem, quod aliquis Forensis , vel Tererius ire non debeat per laboreria de extra , vel in ipsis laborerijs dare damnum à primo die Aprilis usque ad festum omnium Sanctorum sub pena libraturum trium .

De Habentibus Vnam venalem , vel alios quoscumque fructus in Platea communis . Cap. X.

I Tem , quod si aliqua persona habebit vuam venalem , vel aliquos alios fructus in Platea , & requisita non ostendet manifestè vnde habuerit dictam vuam , vel dictos fructus , cadat ad penam libraturum trium .

De damnis datis à Rusticis qui morantur ultra Ricauum . Cap. XI.

I Tem statuimus , quod nemo rusticus siue villanus utriusque sexus , qui moratur ultra Ricauum , audeat , nec presumat ire , vel venire ab hac parte Ricaui cum aliquibus animalibus paruis , vel magnis causa pasculandi , neque in pratis , neque in siluis , neque in aliquibus terris laboratis , vel non laboratis districtus Iustinopolis , nec aliquod aliud damnum dare in eiusdem cum predictis animalibus in pena , quæ continetur in statuto de damnis datis , & hoc à festo Sancti Georgij usque ad festum Sancti Michaelis .

De Pratis Bannitis . Cap. XII.

I Tem statutum est , quod omnia Prata de cætero à prima die Martij usque ad festum Omnium Sanctorum sint in banno , ita quod quicumque infra dictum spatium inuentus fuerit herbam facere , vel secare in eis , teneatur nomine penæ componere libras tres paruorum , quarum tertia pars sit communis , tertia domini Prati , & tertia inuentoris , & damnum satisfaciat patienti .

De Vineis non incidentis. Cap. XIII.

I Tem statuimus, quod nemo audeat incidere Venchum suum, nec alienum à mense Aprilis usque ad festum Sancti Michaelis sub pena librarium trium paruorum, de quibus tertia pars sit communis, tertia Domini rei, & tertia manifestantis; Et unusquisque teneatur manifestare sub pena Sacramenti quem viderit incidendo, vel portando.

De Sarmentis alterius non tollendis. Cap. XIV.

I Tem statuimus, & ordinamus, quod nulla persona utriusque sexus terrena, vel forensis ullo modo, vel ingenio audeat vel presumat auferre, vel auferri facere de sarmentis alicuius personae in laborerij vinearum, vel alicubi, ubi positae fuerint sine verbo, & licentia illius cuius fuerint, in pena librarium trium, si fuerit unus fassis, & ab inde supra sub pena solidorum centum paruorum pro quolibet contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum, cuius penae tertia pars sit communis, tertia pars domini rei, & reliqua tertia pars accusatoris, & quilibet possit esse accusator; Nihilominus damnum satisfaciat patienti in duplum, & talis accusator tenebitur de credentia si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De non eundo ad gallandum, vel verberandum oliuas, vel castaneas alienas. Cap. XV.

STATUIMUS, & ordinamus, quod nemo utriusque sexus terrigena vel forensis audeat, vel presumat ullo modo vel ingenio ire ad gallandum, accipiedum, vel ad verberandum oliuas, vel castaneas alienas ullo tempore anni sub pena librarium trium paruorum, cuius penae tertia pars sit communis tertia accusatoris, & tertia Domini possessionis; Et custodes; qui pro tempore fuerint, teneantur Sacramento denunciare, & accusare omnes contrafacentes, & quilibet alius etiam possit esse accusator, & partem habeat penae ut supra legitur, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De Turfis non auferendis. Cap. XVI.

Nemo masculus, vel femina, parvus, vel magnus auferat turfos, vel aliquas herbas in anno nouo de alienis hortis absque dominorum voluntate, aut in aliquo die sub pena solidorum quadraginta communi, & quadraginta dominis herbarum componenda; Et hoc sit in discretione domini Potestatis, & Capitanei.

De non conducendo vuam ad vendendum. Cap. XVII.

I Tem statuimus , & ordinamus , quod nemo vtriusque sexus audeat con-
ducere vuam ad vendendum suam , vel alienam à festo Sancti Petri Apo-
stoli usque ad festum Assumptionis Beatæ Virginis sine licentia domini Po-
testatis in pena librarum trium parvorum . cuius penæ medietas sit commu-
nis , & alia medietas accusatoris , si per eius accusationem veritas cognosce-
tur ; & tamen tenebitur de credentia ; Et omni anno fiat clamatio in festo
Sancti Petri de praesenti statuto .

*De Pomis, & Fructibus in alieno solo cadentibus.**Cap. XVIII.*

Q Via rami Arborum Gauardii in solum Andreoli pendentes fructifican-
do sua poma in eodem solo necessario ceciderunt , non licuit ideò Ga-
uardo de Solo Andreoli eadem sibi poma colligere violenter , quia quid
quid in solo ædificatur , Soli domino cædit , Vnde de violentia pomoru m-
Gauardus coram lege requisitus ab Andreolo , non interfuit termino sibi à
legibus costituto , Propterea non eius solumodo , sed omnis absentia Dei ,
& Iustitiae repletur præsentia Gauardum in quadraginta solidos , & poma
Andreolo in duplo , & quadraginta communis Iudicis prouidentia pro vio-
lentia condemnauit ; Insuper constitutum est , quod vnuquisque homo
valeat poma pendentia super suum territorium ex ramis arboris alienæ sibi
recolligere , sed non ipsam arborem ascendere ; Et nemo vtriusque sexus
valeat ire super territorium alienum causa colligendi poma , vel fructus
quoslibet ex ramis suarum arborum pendentibus super territorium alienum
ab alto , nec de terra sub pena contenta in statuto de custodibus vinearum .

De Vineis non incidentis causa pastinandi. Cap. XIX.

I Tem statutum , & ordinatum est , quod nemo atdeat in vineis alienis in-
cidere vineas , seu colligere capita vinearum causa pastinandi , nec aliquo
alio modo sine verbo , & licentia domini , cuius fuerit vinea , in pena librarum
trium , cuius penæ tertia pars deueniat communi , tertia pars domino rei , &
reliqua tertia pars accusatori , & quilibet possit esse accusator , & nihilominus
damnum satisfaciat patienti ; Et talis accusator tenebitur de credentia ,
si per eius accusationem veritas cognoscetur .

De Incidentibus Arbores fructiferas. Cap. XX.

Q Vicumque secauerit , vel inciderit arborem , vel vitem fructiferam al-
terius , marcham vnam componat , medietatem communi , & alteram
medietatem domino rei , & damnum satisfaciat dicto domino , & si non
habue-

habuerit unde soluere , frustetur ad pignam , vel per terram ; Item non licet alicui nostro conciuī vtriusque sexus , vel alicui forensi extra ciuitatem incidendi aliquas arbores fructiferas siccias , vel virides , excepto à festo Sancti Michaelis usque ad festum omnium Sanctorum , & si aliquis contrafecerit componat communī libras octo paruorum sine remissione , & si non habuerit unde soluere frustetur ; In super etiam non licet alicui Potestati dandi licentiam alicui ciui , vel forensi paruo , vel magno quo usque ad terminum expressum . Tamen Potestas possit dare licentiam eradicandi vineas , & arbores fructiferas causa seminandi bladum in dictis vineis , & non aliter ; sed non conducere domum nisi tempore constituto ; Et si qua arbor eradicta fuerit , vel rupta , valeat extrahi de Vinea , vel terra , & ibi dimitti , & in ciuitatem non conduci nisi per tempora supradicta . Et Arbores mundari valeant quolibet tempore . Verumtamen licet domino Potestati dare licentiam incidendi omni tempore arborem Castagnariam pro carbone faciendo ; Ita quod , si quis voluerit vendere castagnarios coram domino Potestate veniat cum emptore , & ibidem forum faciat .

De modo incidenti ligna nemorum de tempore in tempus.

Cap. XXI.

Pro bono , & utilitate Iustinopolis statutum , & ordinatum est , quod omnia loca , & territoria communis quae non fuerint in banno , & vbi haec tenus potuerunt ligna incidere versus solis occasum , hinc ad quinque annos proximè venturos sint in banno , & bannita , ita quod nemo possit in eis ligna incidere vel destruere , vt ligna possint in eis crescere , & nutriti usque ad terminum supradictum sub pena in arbitrio domini Potestatis auferenda pro quolibet contrafaciente ; A Villa Paugnani usque ad siluam Popetræ usque ad dictum terminum quinque annorum unicusque licet ligna incidere , incidendo ea ordinatè secundum quod in locis non bannitis prius incidi potuerant ; In capite vero quinque annorum loca prædicta quae sunt à dicta villa Paugnani usque ad dictam villam Popetræ , & ab inde in antea usque ad quinque annos tunc venturos , & completos , sint bannita . Et alia , quae sunt versus solis occasum sint postmodum extra bannum ; Et similis modus continuè obseruetur omni capite quinque annorum , donec ipse modus utilis videbitur apparere , & donec aliter fuerit ordinatum ; Et quod nullus habitans extra ciuitatem Iustinopolis , exceptis Curtesanis , & Molinarijs de Risano , audeat incidere ligna in siluis communis sub pena unius Marchæ diuidendæ pro medietate communi , & pro altera medietate accusatori per quem veritas cognoscetur ; Et quod eligi debeat octo custodes siluarum ciues Iustinopolis per dominum Potestatem cum consilio suorum Iudicium , qui stare debeant per unum annum sine salario , & saltem duo ex ipsis omni die ad minus ad custodiam siluarum debent

debent supereressse; Et non licet dictis custodibus, & Guardianis vinearum, intrare villas, molendina, & curias, nec à rusticis, molinatij & curtesanis aliquid recipere, vel accipere dono, vel pretio sub pena solidorum quinque grossorum pro quolibet contrafaciente, & quoties in supradictis fuerit contrafactum componenda communi, & accusatori, & quilibet hoc videns Sacramento accusare teneatur, habendo dicti custodes medietatem condemnationem factarum causa dictarum siluarum; Qui verò custodes siluarum modo aliquo vel ingenio non possint, nec valeant accusare aliquam aliam personam aliqua de causa, nisi illas personas quas inuenient in damno siluarum communis bannitarum, & si aliter fecerint non audiantur; Ceterum si dicti custodes, vel aliqui de familia sua reperirentur incidere ligna in siluis communis bannitis, tunc ipsi custodes incident ad duplam penam quam alij incurunt, & quilibet possit eos accusare, & habebit medietatem penae si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De Frondibus non incidendis. Cap. XIII.

STATUTUM est, quod licitum sit cuilibet curtesano, & Molinario nostri districtus omni anno de mense Augusti tantum incidere frondes in tanta quantitate, quanta sufficiat eis pro agnis, & bestijs suis minutis, vbi que in siluis communis tam bannitis, quam non bannitis, Ita quod ipsi Curtesani, & Molendinarij habentes bestias minutas, antequam incident de dictis frondibus teneantur comparere coram domino Potestate, qui pro tempore fuerit, & notificare eidem domino Potestate quantitatem suarum bestiarum per Sacramentum, & tunc dominus Potestas dare beatam licentiam dictis Curtesanis, & Molendinarijs comparentibus incidendi frondes tot quot sufficiant eis pro suo bestijs, & habita licentia à domino Potestate, quilibet Curtesanus, & Molinarius teneatur facere se scribi à Cancellario domini Potestatis de quantitate suarum bestiarum, ac quantitate frondium; Et quod nullo modo ipsi Curtesani, & Molinarij de dictis frondibus possint vendere, vel donare alicui personæ, sed solum eas frondes retinere pro vita suarum bestiarum; Et quilibet Molendinarius, & Curtesanus contrafaciens in predictis cadat ad penam solidorum centum parvorum communi, & accusatori componenda quoties fuerit contrafactum, si per eius accusationem veritas cognoscetur.

De Capris non tenendis. Cap. XIII.

STATUIMUS, & ordinamus, quod de cetero nemo ciuis Iustinopolis audeat tenere capras ad curias suas, vel alienas, quæ sunt positæ infra confinia laboreriorum Vinearum conciuium Iustinopolis sub pena librarum octo parvorum communi componenda; Curiæ verò, quæ non sunt infra confinia vinearum, liberum habeant arbitrium tenendi capras hoc modo.

mōdo: Quod non permittant ipsas venire infra concernos laboriorum. Vineatum secundum quod dicti concerni sunt positi, & consignati sub pena libraturum octo paruorum componenda quoties fuerit manifestum; Et si aliquis iuerit ad pasculandum cum suis capris in aliquibus vineis, seu campis alienis, quæ sunt extra confinia predicta, si damnum dederit, vel fecerit in dictis vineis, vel campis alienis Patronus talium caprarum incidat ad penam solidorum octo si fuerit in die operario, & si in die festiuo, vel tempore noctis ad poenam solidorum duodecim paruorum pro qualibet capra, diuidendam medietatem communi, & alteram medietatem accusatori, & damnum satisfaciat patienti; Insuper nullus Macellarius audeat tenere capras in ciuitate, vel alibi infra dicta confinia ad mulgendum lac sub poena libraturum octo paruorum diuidenda ut supra; Porci quoque, & Scrouæ infra dicta confinia retineri non possint sub banno prædicto, excepto si retinerentur in stia; Et etiam nemo vtriusque sexus possit tenere capras in Iustinopoli sine licentia domini Potestatis, & Capitanei in poena prædicta libraturum octo paruorum, quæ pena verò, ut supra componenda per contrafuentes in prædictis deueniat communi pro medietate, & accusatori pro altera medietate; Et si licentiam à domino Potestate, & Capitanœ habuerit tenendi capram, vel capras in Iustinopoli non præsumat, nec possit aliquam capram, vel capras mittere de extra ciuitatem ad pasculandum, vel edendum modo aliquo sub pena libraturum octo pro quolibet contrafante componenda communi sine remissione, medietate, & altera medietate accusatori, per quem veritas cognoscetur.

De Concernis Consignatis. Cap. XXIV.

Infrascripti sunt Concerni laboretorum Vinearum nostrorum Conciuum positi, & designati ad euidentiam omnium volentium retinere capras extra confinia dicta, & non permittant ipsas transire confinia prædicta sub poena in superiori statuto contenta; Primo incipiendo à capite inferiori aquarum Ribuglosij apud viam publicam, & ab inde incipiendo recto tramite per ipsum aquarium usque quemdam concernum lapideum, qui fixus est super dictum Aquarium, & ab ipso concerno ascendendo usque ad unum aliun concernum lapideum, qui fixus est in terra, quæ est super vineam, quæ fuit olim domini Artuiti de Bruno, remanendo dicta vinea intus confines; Et deinde veniendo usque ad bagarcios Guarienti, & Ambrosij Lugnani, qui bagarcij olim fuerunt vinea olim Henrici Stanoxæ, ubi fixus est quidam concernus; Et ab inde eundo per viam publicam, quæ via est super vineam Andreæ quondam Bussi Picabaffa, & vineam domini Præbiteri Montani, propè quas fixus est concernus recto tramite usque ad vineam Andreæ quondam Giroldi, quæ est à capite superiori remanendo dicta vinea intus confines; Et ab inde descendendo usque ad aquarium curren-



currentem, & à dicto aquatio ascendendo de super vineam Odorici cuius-dam Presbiteri Tomasi, propè quam positus est concernus; Et postea veniendo usque ad concernum quemdam fixum de super terrenum olim domini Guielmi positum in Borgariula, & de ipso concerno veniendo de super terram olim Rantulsi Chaleij ubi fixus est concernus; Et deinde usque ad terram olim Ginanæ Molena, ubi positus est concernus, & deinde usque ad vineam Hengafredi-Borea, ubi fixus est concernus; Et à dicto concerno siue vinea ascendo usque ad vineam olim Ioannis Seuerij, & usque ad viam publicam, apud quam positus fuit concernus; Et sic eundo per ipsam viam ad molendinum de basso remanendo omnes dictæ vineæ, & territoria infra confines; Et à dicto Molendino transeundo flumen Risani, & à dicto flumine ascendendo sursum per viam usque ad fontanam Ferneti, quæ est apud dictam viam, apud quam positus est concernus; Et ab inde eundo per ipsam viam usque ad vineam filiorum Rubei quondam Leij propè quam concernus fixus fuit, & à dicto concerno, siue Vinea eundo per dictam viam usque ad vineam Mengoli Molena ubi fixus est concernus à capite superiori, & deinde ascendendo recto tramite usque ad caput pastinati Francisci quondam Varini, ubi fixus est concernus, remanendo dictum pastinatum intus confines, & à dicto pastinato eundo per viam publicam ad Vineam Albini Floraunte Notarij, remanendo dicta vinea intus confines, & à dicta vinea veniendo recto tramite usque ad vineam Dionisij nepotis Dionisij Seruitæ quondam Amici, prope quam fixus est concernus; Et à dicto concerno descendendo ad aquarium Casalinarzoli, & ita descendendo per eum aquarium usque ad vineam Stoiani Curziani de Altolis; Et ab ipsa vinea transeundo ipsum aquarium, & ascendendo per quandam Burgolam in Altolis recto tramite usque ad concernum fixum in capite ipsius burgolæ; Et ab inde ascendendo usque ad caput vineæ dominæ Geneuræ vxoris olim Petri Ierbuza positæ in Altolis remanendo dicta vinea intus confines; Et à dicta vinea ascendendo iterum recto tramite usque ad vineam Canciani Præsbyteri Gualtrami positam in dicta contrata Altolis ubi positus est concernus, remanendo dicta vinea intus confines; Et ab inde veniendo per trauersum versus solis occasum usque ad vineam Ser Artuiti de Spelato, quæ etiam est in Altolis; & inde ad vineam Andreæ Bembo Notarij, quæ est à capite superiori, remanendo dicta vinea intus confines, & postea veniendo recto tramite usque ad aquarium, & ab aquario descendendo ad vineam Almerici de Rosata, & postea transeundo per Copolle Artuico usque ad vineam domini Zaroti quondam Ditiunij Peglo, quæ est à capite superiori ubi positus est concernus; Et deinde veniendo recto tramite in viam per quam itur Lupatium, & per dictam viam veniendo versus Iustinopolim usque ad quemdam concernum fixum à latere superiori dictæ viæ apud quandam Rosam, & veniendo ad vineam filiorum olim Simonis Rusignani, ubi fixus est concernus, remanente dicta vinea intus confines;

Et à dicta vinea ascendendo recto tramite usque ad vineam Ser Ottone-
 li de Vida , quæ est in capite aquarij Mareseghi ; Et à dicto Aquario de-
 scendendo horsum per eundem aquarium usque ad vineam quondam Na-
 zarij Piscatoris , quæ est in Centora ; Et à dicta vinea ascendendo sursum
 per Aquarium prædictum usque ad vineam Montanarij quondam Berti
 Instulani , quæ est à capite superiori ; Et à dicta vinea ascendendo sursum
 per Aquarium prædictum versus Montem Centoræ usque ad concernum
 fixum de super vineam Artuici de Emonia , & ab inde veniendo recto tram-
 ite usque ad Castagnarios filiorum quondam Micheti , vbi positus fuit con-
 cernus , & deinde veniendo recto tramite usque ad vineam Cergnæ de Pau-
 gnano , videlicet à capite Superiori , quæ vinea fuit de curia olim Louisini
 quondam Vitalis Louisini propè quam fixus est concernus ; Et à dicta vi-
 nea prætereundo recto tramite usque ad vineam Ser Alberici de Caſto ,
 & à capite superiori , & ab indè veniendo ad vineam Mathei quondam
 Cuſmæ de Paugnano , quæ est in Manzano vbi fixus est terminus concerni ;
 Et ab indè recto tramite usque ad vineam Ioannis Carissimæ de porta Pe-
 trorio , quæ est similiter in Manzano à capite superiori ; Et ab inde usque
 ad vineam Guerræ Sattoris positam in Manzanello à capite superiori , & po-
 stea veniendo per subtus castagnarios Petri de Mauro vbi positus est con-
 cernus ; Et deinde recto tramite usque ad pastinatum Grifoni , propè quod
 positus est concernus ; Et à dicto pastinato usque ad viam Sanctæ Mariae
 de Monte , prope quam positus est concernus , & postea ascendendo per
 dictam viam usque ad vineam Nicolai filij Ser Berti de Musela apud quam
 fixus est concernus , & ab indè veniendo recto tramite usque ad caput vi-
 neæ vxoris olim Nazarij Galioni positæ in Ligrignano à capite superiori ,
 a quo positus est concernus ; Et postea transundo vineam Costantini
 Sanctæ Mariae de Monte à capite superiori propè quam positus est con-
 cernus ; Et ab inde veniendo ad vineam Ioannis quondam Lastignæ dictæ
 Villæ à capite superiori , & ibidem etiam positus fuit concernus ; Et inde
 usque ad vineam Petrognæ de dicta villa vbi positus est concernus ; Et de-
 inde ascendendo ad montem Cauriagi usque ad concernum quemdam
 ibi fixum , & à dicto concerno usque ad vineam filiorum Gregorij quon-
 dam Eponis de Gregorio positam in dicta contrata Cauriagi remanendo
 dicta vinea intus confines ; Et ab inde eundo usque ad vineam Marci quon-
 dam Spandinucis , remanendo etiam ipsa vinea intus confines ; Et deinde
 usque ad vineam Malgariti mercatoris ; Et à dicta vinea usque ad vineam
 dictorum filiorum olim Ser Gregorij , remanente dicta vinea intus confi-
 nes ; Et ab ipsa vinea usque ad vineam Lustignæ de Sancta Maria de Mon-
 te , quæ est à capite inferiori ; Et deindè usque ad vineam Sabadini de
 Cauriago quondam Bogazai positam in ipsa contrata à capite inferiori ; Et
 ab inde eundo recto tramite usque ad vineam Simoneti de Tarsia , & vineas
 Mathei quondam Albini Ricij etiam à capite inferiori , remanendo dictæ
 Vineæ intus confines ; Et ab inde veniendo ad vineam Sabadini prædicti ,

quæ est desuper terram Cauriagi , & ab indè veniendo recto tramite usque ad punctam Montis Citisoli à capite inferiori apud aquarium Citisoli , & postea ascendendo per ipsum Aquarium usque ad vineam Litti Viuendoni positam in Gaxono , remanendo dicta vinea intus confines ; Et à dicta vinea ascendendo iterum recto tramite per Aquarium prædictum versus Sanctum Donatum , versus vineam Eponis quondam Martili ppi , quæ est apud dictum Aquarium , & apud viam publicam , remanendo etiam dicta vinea inter confines ; Ultra quas vineas , & omnes alias , quæ positæ sunt infra dicta confinia omnes habentes capras non debeant cum ipsis capris venire ad pauculum sub pena librarum octo paruorum in præcedenti capitulo contenta .

De Rusticis postquam exierint à Villa amittant bona immobilia vniuersa .
Cap. X X V .

CVm ab initio Mundi lege naturæ omnia forent communia , quoniam rarus erat habitator in terris , & vniucuique liceret per agrum transfire alienum , crecente plebis numero , iure gentium distinctum est , hoc est meum , illud tuum , quod ius à Deo videtur habuisse principium , qui populum à populo , & gentes à gentibus separauit ; Post hæc vero superueniente nouæ legis gratia , tam iure canonico , quam ciuili sanctum est , vt nullus valeat possessiones alterius vendere , vel donare vel in alterum aliquo iure transferre absque mandato domini spetiali , nec eas ad suum usum inuito vero domino retinere ; Vnde non liceat etiam Prælatis possessiones ecclesiæ alienare , quia Procuratores super eis , & non veri domini iudicantur . Quare prauam vtriusque juris inimicam consuetudinem sclavorum , quæ dudum in nostris partibus dominorum inertia inoleuit , eradicare volentes , communicato communi consilio Statuimus , vt nullus , postquam exierit à Villa , & se sub alterius domini dederit potestate , habeat aliquam de rebus immobilibus disponendi facultatem , sed integrè in veri domini remaneant potestate .

Quod Rusticus non possit vendere aliquod immobile nisi suo proprio Conuicino . Cap. X X VI .

CVm per vtramque paginam detestetur , ne quis proprietatem sibi mediante malitia vendicet alienam , obuiantes consuetudini Rusticorum , qui coacto debito , vel voluntatis arbitrio , vineas vel campos , & proprietates alienas vendebant , alienabant , & obligabant in dominio non suorum vicinorum sine verbo domini , quò volebant ; Vnde si talis consuetudo longo tempore permaneret , multa possent nefandissima dominis Villarum proprijs euenire ; Sancimus ne quis Sclaus vel Rusticus vtriusque sexus aliquod

aliquid immobile vendere valeat , vel donare vel aliquo modo alienare suo nisi eiusdem villæ proprio conuicino , nec aliquis ea emere , nec sibi aliquo ingenio vendicare sub pena librarum quinquaginta parvorum componenda communi , & forum iritum reducendi ; & talis emptor vel mutuator denarios amittendo , vnde unusquisque creditor rusticorum se cognoscat de cetero in rebus mobilibus & personis rusticci soluturum . Item MCCCXVIII. Indictione prima tempore Egregij Viri Domini Marci Mauroceno Canochola honorabilis Potestatis , & Capitanei Iustinopolis de voluntate maioris Consilij additum est , quod Villani non possint vendere aliquid immobile nisi proprijs villanis sui domini in eadem villa commorantibus ; Item additum est tempore secundi regiminis egregij , & potentis Viri Domini Francisci Dandulo honorabilis Potestatis , & Capitanei Iustinopolis M C C C X X V . Indictione octaua , die XI. Aprilis ut captum fuit in maiori Consilio Iustinopolis in capitulo statuti praedicti in cuius Rubrica continetur ; Quod Rusticus non possit vendere aliquid immobile nisi suo proprio conuicino , vbi continetur in eodem capitulo ; Statuimus ne quis sclaus aut Rusticus vtriusque sexus aliquid immobili vendere valeat vel donare vel aliquo modo alienare : Ibi subsequenter additum est nec etiam pignorare , aut modo aliquo , vel ingenio obligare ; Item in dicto Capitulo in additione facta tempore domini Marci Mauroceno Canocola post continentiam quod Villani non possint vendere aliquid immobile , ibi subsequenter additum est , quod non possint donare , alienare pignorare , nec modo aliquo obligare :

Quod nullus Rusticus communis , vel diuisi non possit respondere alicui habitanti extra villam de aliqua possessione sine notitia domini Potestatis , si est communis , vel domini sui , si est diuisi .

Cap. XXVII.

I Tem statuimus , & ordinamus quod ad conseruationem iurium communis , & diuisi , nullus rusticus communis , vel diuisi possit seu valeat respondere alicui habitanti extra villam in qua habitat de aliqua possessione , seu dependente ab eadem pertinente manso ipsius villæ , sine notitia domini Potestatis , & Capitanei si fuerit communis , & si fuerit diuisi illa villa , sine notitia domini ipsius villæ , & cum auxilio Procuratorum communis constitutorum ad defendendum ipsam litem sub pena dupli valoris dictæ possessionis de qua respondeatur .

De Modo Villarum Communis Iustinopolis .
Cap. XXVIII.

I Ste modus est Villarum communis Iustinopolis inuentus per dominum Andream Zeno Potestatem Iustinopolis auctoritate maioris , & mino-

ris Consilij; scilicet illi qui incantauerint, vel in fine habuerint prædictas villas communis non debent ire nisi quinque vicibus in anno super dictas villas, & sex equis tantum in vice, & consueta seruitia possint facere conducti domum, & disponere, sicut de sua processerit voluntate, & omnia banna atque condemnationes debeant diuidi in duabus partibus medietas communis, & alia medietas illis, qui ea habuerint; Et si aliquis eorum quotiescumque contra hoc fecerit, compellatur emendare communi libras vigintiquinque paruorum sine remissione, & Potestas qui fuerit pro tempore Sacramento nihil de prædicta pena dimittere possit; Et omnes illi, qui prædictas villas habueriut, iurabunt suo Sacramento bona fide inquirere omnes rationes prædictarum villarum intus & extra ciuitatem, & eas bona fide, & sine fraude manutenere, donec eas habuerint; Et quod omnis condemnatio, quæ orietur super villanos villarum communis, dominus villarum nullam partem debeat habere de ipsa condemnatione, & quod dominus Villæ habere non possit ultra solidos sexdecim pro castrato, pro placenta denarios quatuor, pro gallina denarios decem & oculo, & verbum habere non possit à domino Potestate eundi super villam, vel villas communis pro aliqua causa vel re ultra quinque vices in anno, sicut superius notatum est, sub pena prædicta; Villani villarum communis Iustinopolis teneantur quinque seruitia persoluere sub hac forma; Vnum seruitium de Sancta Maria Augusti; Aliud seruitium in festo Sancti Michaelis. Tertium in Sancto Martino; Quartum in Nativitate Domini; Quintum in Carnifruio, & prædicti prædicta seruitia in prædictis temporibus petere, & recipere teneantur.

Quod si quis receperit securitatem ab aliquo suo Rustico, qui postmodum fuerit condemnatus primo satisfaciat condemnationi. Cap. XXIX.

STATUIMUS, & ordinamus, quod si quis dominus alicuius villæ ab aliquo suo rustico utriusque sexus receperit securitatem alicuius penæ vel fideiussionis, & postea aliquis ipsorum rusticorum furtum fecerit, aut aliud maleficium, pro quo mereatur in condemnatione puniti, vel occasionibus prædictis fuerit condemnatus, primò condemnationi satisfacere teneatur de suis bonis mobilibus.

De Rusticis Villarum Iustinopolis volentibus recedere à Villa cum rebus suis. Cap. XXX.

STATUTUM, & ordinatum est, quod quando contigerit aliquem rusticum, seu villanum villarum communis Iustinopolis, vel conciuim. Ciuitatis eiusdem recedere velle cum rebus suis à Villa vbi habitaue-rit, Gastaldo, & Iudex illius villæ non permittat ullo modo tales rusticum res suas extra villam portare, nec portari facere, nisi prius talis

talis villanus satisfecerit domino suo de eo, quod sibi de iure tenebitur, aut de prædictis fuerit in concordia cum eodem sub pena librarum decem parvorum componenda per commune dictæ villæ, & solidos centum compoñendos per vnumquemque Gastaldionum, & Iudicium talis villæ; Quarum pénarum tres partes deueniant in commune, & reliqua quarta pars domino talis villani.

De Questionibus Rusticorum, & Habitantium Villarum tam immobilem, quam mobilium rerum. Cap. XXXI.

IN vtraque pagina reperitur, vt membra suo capiti adhereant, Quapropter statuimus, & ordinamus, quod omnes Rustici, & habitatores villarum communis Iustinopolis, & omnes alij rustici seruientes, & audientes Dominio Ciuitatis Iustinopolis venire, & comparere teneantur Iustinopolim responsuri ciuibus, & habitatoribus Iustinopolis de rebus mobilibus; De immobilibus audiantur quæstiones coram Gastaldionibus, & Iudicibus villarum secundum eorum consuetudines; Et definitis quæstionibus eorum immobilium per Gastaldiones, & Iudices dictarum Villarum, liceat parti, quæ se tenuerit grauatam, domino Potestati Iustinopolis appellare, & tunc per dominum Potestatem Iustinopolis talis quæstio cognoscatur, & definiatur.

Quod Rustici nostri districtus tam communis quam diuisi non possint se villo modo obligare alicui Castellano, vel alicui alteri personæ habitanti extra districtum Iustinopolis. Cap. XXXII.

ITem statutum, & ordinatum est, quod de cetero non liceat alicui rustico nostri districtus tam communis quam diuisi se villo modo obligare, per cartas, vel sine cartis alicui castellano, vel alicui personæ vtriusque sexus habitanti extra districtum Iustinopolis sub pena solidorum centum, parvorum componenda communi pro quolibet contrafaciente, & quoties fuerit contrafactum, & plus ad voluntatem domini Potestatis, & Capitanei Iustinopolis.

Quod non liceat alicui nostro Rustico nostri Districtus aliqua sua animalia dare in foeda, in conseruo, nec ad pascendum alicui habitanti extra districtum Iustinopolis. Cap. XXXIII.

STATUTUM, & ordinatum est ad evitandum errores, & scandala, quæ solebant accidere, quod non liceat alicui nostro rustico tam communis, quam diuisi nostri districtus aliqua sua animalia cuiuscumque conditionis existant dare alicui habitanti extra districtum Iustinopolis in foeda in conseruo, nec ad pascendum; Et si aliquis prædictorum

contrafecerit , & in occasione prædicta aliquod damnum indè sustinuerit , nullum auxilium , vel fauorem habeat à communi , sed habeat sibi damnum .

*Quod Nemo audeat coquere Vinum , præterquam causa retinendi pro suo
vnu . Cap. XXXIV.*

ORdinamus etiam , quoniam pluries sensimus murmura vulgi , quod nulla persona habitatrix Iustinopoli modo aliquo , vel ingenio audeat , vel præsumat coquere vel coqui facete in Iustinopoli , vel in districtu aliquam quantitatem vini præter quam causa faciendi Mustardam , vel causa bibendi , & tenendi pro suo vnu , & non causa vendendi illud alicui modo aliquo sub pena librarum vigintiquinque paruorum , cuius penæ medietas sit communis , & medietas accusatoris per quem veritas cognosetur ; Nec etiam aliquis vtriusque sexus audeat , vel præsumat ponere , vel poni facere mel in vino eo quod sit dulcius , nec aliam putridam confectionem sub dicta pena componenda ut supra ; Et quotiescumque fiet accusatio de prædictis per dominum Potestatem eligantur tres , vel quatuor boni cognitores prædictorum , qui per Sacramentum ab eis præstitum de prædictis domino Potestati referant veritatem .

*Quod Nemo de extra nostrum districtum possit succedere in bonis alicuius
nostrri rustici , nisi det securitatem de permanendo in villa in qua talis
noster rusticus morabatur per quinque annos .*

Cap. XXXV.

QVONIAM multoties super infra scriptis inter nostros Rusticos , & Sclavones solet coram domino Potestate quæstio ventilari ad remouendam ipsam , & pro utilitate eorum statutum , & ordinatum est , quod de cætero nemo vtriusque sexus de extra districtum nostrarum villarum communis , & diuisi modo aliquo , vel ingenio possit , & valeat amplius succedere in bonis aliquibus nostrorum Rusticorum vtriusque sexus , nec ipsi nostri rustici vtriusque sexus modo aliquo vel ingenio eisdem talibus extra districtum de suis bonis aliquibus possint , vel valeant dimittere per testamentum aliquid iure legati , vel alio quocumque modo , nisi talis de extra nostrum districtum det , seu præstet communi Iustinopolis , aut dominis Villarum , de quibus sunt tales rustici , bonam , & idoneam securitatem de manendo , & habitando in villa in qua talis noster rusticus habitabat per quinque annos completos , incipiens à die qua talis rusticus extraneus successerit , vel succedere voluerit in bonis sibi dimissis per nostrum rusticum , dando securitatem de seruiendo , & respondendo domino talis villa , & omni eius iure , & defaciendo , & obediendo plenarie in omnibus , sicut faciebat talis rusticus , qui sibi bona dimisit ; Et si talis rusticus extraneus recederet de dicta tali Villa

Villa infra dictum terminum causa non habitandi ibidem amplius , nec seruendi ut supra , tunc statim omnia bona sibi dimissa reuertantur ad propinquiores talis defuncti de praedicta villa permanentes in ipsa villa secundum formam statuti , salua tamen voluntate testatoris , si prater dictum talem rusticum extraneum voluisse in eius ultima voluntate nominatum aliquem , vel aliquam de ipsa villa in ipsa permanentem succedere debere in eius bonis ; Propter quod deinceps quilibet haeres , vel successor bonorum alicuius nostri rustici utriusque sexus , seu tutor , vel tutores alicuius pupilli , vel pupillae succedentis in bonis aliquibus alicuius nostri rustici per eius testamentum factum secundum eorum consuetudinem , ut eius voluntas in aliquo nullatenus trasmutetur , sed semper firma perduret , teneatur infra unum niensem post mortem testatoris seu testatrixis accedere coram domino Potestate cum testibus , qui interfuerint testamento talis defuncti , & notari , & scribi facere ordinatè per unum ex cancellarijs in quaterno propt testator suum ordinauerit testamentum , habendo talis cancellarius solidos quatuor pro quolibet teste notato , & scripto , & non plus ; Et quia multoties etiam solet orihi quæstio de eorum consuetudine matrimoniorum , ideo ordinatum est , quod fiat quædam inquisitio per quosdam bonos viros electos per dominum Potestatem in omnibus nostris villis tam communis , quam diuisi , videlicet in hoc , quod sciatur à qualibet earum villarum quæ sit , & quam velint esse suam consuetudinem matrimoniorum contrahendi , & scito ab omnibus de eorum consuetudinibus , ipsæ consuetudines ad perpetuam rei memoriam ponantur in Registro communis ordinatè per cancellarium communis , habendo ex hoc ab eis solutionem debitam , & condignam .

Quod Nemo audeat fodere , vel congregare terram vel Letamen in locis infrascriptis . Cap. XXXVI.

I Tem statuimus , & ordinamus , quod nemo utriusque sexus modo aliquid , vel ingenio audeat , vel præsumat fodere , cauare , vel congregare terram , vel letamen in via publica , seu strata , quæ est Agrapocraisti usque ad Pontem Treuolchi Canzani , neque in Broilo maiori sub pena solidorum quadraginta parvorum componenda communi , & accusatori , à quo veritas cognoscetur .

Quod quilibet , qui electus fuerit cancellarius Communis ostendat aut Priuilegium Notariae , aut exercuisse Artem . Cap. XXXVII.

I Tem statuimus , & ordinamus quod de cetero nemo electus sit cancellarius communis , & æstimatorum , vel aliquorum officialium communis , nisi habuerit priuilegium artis Notariae exercenda aut usus fuerit arte ipsa ; Et si talis electus non usus fuerit arte Notariae , quod teneatur priuilegium

gium dictæ Notariae ostendere domino Potestati, antequam iuret officium, sub pena librarium decem parvorum, & amittendi officium.

Quod quilibet volens agere contra aliquem absentem retinētem sibi aliam possessionem primò eum citari faciat per literas, & si non venerit proclamari postea. Cap. XXXVIII.

Item si quis agere voluerit contra aliquem absentem detinentem aliam possessionem positam in ciuitate Iustinopolis vel districtu; Statuimus quod primò absens citetur per dominum Potestatem per literas citatorias ad respondendum tali agere volenti, scilicet secundum quod domino Potestati videbitur de faciendo eidem absenti notum fieri, si notum est domino Potestati de loco vbi habitet, & si non venerit, & eidem notum factum fuerit, vt iuri suffecerit, proclametur secundum usum; Si vero non venerit postquam fuerit proclamatus, detur intromissio actori de recuperando ea quæ detenta erant, & si reus comparuerit restituatur in possessione, siue ususfructu, & postmodum auctor agat contra reum, & procedatur in causa, restituendo talis reus dicto actori expensas illius anni positas in possessione; Salvo tantum nisi forte receperit fructus illius possessionis illius anni.

Quod Notarij scribentes aliqua Testamenta vel Codicilos teneantur denunciare legatarijs legata. Cap. XXXIX.

Statuimus, & ordinamus pro bono, & comodo vniuersiusque, vt in hoc sciat quid agere debeat; *Quod quilibet Notarius postquam aliquā scripturam ultimam voluntatem alicuius testatoris, vel codicillantis authenticaverit, vel in publicam formam redegerit, teneatur, & debeat infra unum mensem tunc proximè secuturum notificare, & exprimere per ordinem vnicuique legatum, & dimissum sibi relictum ab huiusmodi testatore, vel codicillante sub pena solldorum quadraginta parvorum pro quolibet Notario contrafaciente, & quoties contrafaciet;* Si vero tanc extra ciuitatem esset, cui legatum, vel Dimissum foret aliquid, vt dictum est, debeat Notarius illi tali suum legatum, vel Dimissum notificare, vel exprimere infra unum mensem, postquam applicuerit in ciuitatem sub eadem pena.

Quod Cancellarius Aestimatorum Communis teneatur suos quaternos presentare, & dare Vicedominis in Vicedominaria Communis. Cap. XXX.

VT de cetero iura cuiusque, quando opportet innueniantur, vbi inuenientur debent, volumus, & ordinamus, quod aestimatores communis, & eorum cancellarius secundum formam statuti capituli quartidecimi tertij libri de Officio Aestimaria in fine eorum officij teneantur, & debeat suos Quaternos presentare, & dare in manibus Vicedominorum, & in Vice-

Vicedominaria communis omni excusatione semota sub poena librarum decem paruorum pro quolibet contrafaciente , & quoties fuerit contrafactum; Quos Quaternos non intelligatur fuisse presentatos, nisi per unum Vicedominorum saltem in quodam quaterno , quem ad hoc dicimus fieri , & esse debere in Vicedominaria communis,fuerit expressè notatum.

De solutione Baroeriorum, qui mittuntur ad Villas pro Praeceptis fiendis.

Cap. XL I.

CVM multoties occurrant multe differentie inter nostros ciues, rusticos, & baroerios, qui mittuntur ad villas huius districtus pro praecptis fiendis , & ad euitandum dictos errores presenti decreto duximus statuendum , quod baroerij qui mittuntur ad infra scriptas villas pro praecptis fiendis, non audeant, nec presumant accipere maiora prætia, quam infra scripta sub pena, quæ videbitur domino Potestati auferenda; Et quod dicti Baroerij pro quilibet via dare debeant suis Comestabilibus solidos tres, vt moris est , & reliquum solutionis sit itum; Villæ autem sunt istæ. Videlicet vñue

Ad Villam Canis sol. octo paruorum

Ad Villam Antignani sol. nouem paruorum

Ad Villam Xasse sol. vndecim paruorum

Ad Villam Hospi sol. decem paruorum

Ad Villam Gabruizæ sol decem paruorum

Ad Villam Rosaroli sol. decem paruorum

Ad Villam Cernichal sol. vndecim paruorum

Ad Villam Breze sol. decem paruorum

Ad Villam Lonchis sol. vndecim paruorum

Ad Villam Bixiuizæ sol. vndecim paruorum

Ad Villam Popechi sol. duodecim paruorum

Ad Villam Xuonigrat sol duodecim paruorum

Ad Villam Xaxidis sol. tresdecim paruorum

Ad Villam Rachitoui sol. quatuordecim paruorum

Ad Villam Valmorasæ sol. duodecim paruorum

Ad Villam Figarolæ sol. vndecim paruorum

Ad Villam Volcigra sol. decem paruorum

Ad Villam Cubedi sol. decem paruorum

Ad Villam Popetraæ sol. decem paruorum

Ad Villam Cubilleglaue sol. decem paruorum

Ad Villam Xabauizæ sol. nouem paruorum

Ad Villam Cerusoli sol. nouem paruorum

Ad Villam Dolis sol. duodecim paruorum

Ad Villam Tersichi sol. nouem paruorum

Ad Curias Ferneti, & Mareseghi sol. octo paruorum

Ad Villam Glemme sol. nouem paruorum .

Ad Villam Lauræ sol. decem paruorum
 Ad Villam Gradignæ sol. duodecim paruorum
 Ad Villam Topolouaz sol. decem paruorum
 Ad Villam Cubertuni sol. duodecim paruorum
 Ad Villam Sorbarij sol. duodecim paruorum
 Ad Villam Sternæ sol. quatuordecim paruorum
 Ad Villam Oscurus sol. decem paruorum
 Ad Villam Merischie sol. decem paruorum
 Ad Vicum Sancti Petri sol. decem paruorum
 Ad Sanctum Petrum della Mata sol. decem paruorum
 Ad Villam Nouam sol. nouem paruorum
 Ad Villam Padenæ sol. nouem paruorum
 Ad Villam Albuzani sol. decem paruorum
 Ad Villam Zuchole sol. duodecim paruorum
 Ad Villam Costabonæ sol. nouem paruorum
 Ad Villam Paugnani sol. octo paruorum
 Ad Villam de Sancta Maria de Monte sol. octo paruorum



QVINTVS LIBER

STATVTORVM IVSTINOPOLIS

In quo multæ Litteræ Ducales, Terminaciones,
& Partes continentur.



Ntonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum, &c.
Nobilibus, & Sapientibus Viris Fantino-Georgio Mi-
liti de suo Mandato Potestati, & Capitaneo Iustino-
polis, ac Successoribus suis fidelibus dilectis, Salutem,
& dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in
nostris Consilijs animorum Rogatorum, & additione
MCCCLXXXIV. Die XXI. Mensis Iunij capta-

fuit pars infra scripti tenoris Videlicet; Quia comparuerunt coram nobis ali-
qui Ciues Ciuitatis nostræ Iustinopolis nomine totius Communitatis humili-
liter supplicantes, quod pro consolatione sua, & vniuersali bono omnium
Ciuium dictæ Terræ dignaremur eis concedere, quod regantur per nostros
Rectores in Ciuilibus, & Criminalibus secundum ordines, & Statuta sua soli-
tos, ita tamen, quod ipsi Rectores soli existant ad iudicandum, & regendum,
& soli habeant libertatem in constituendo, & eligendo officiales necessarios,
& opportunos ultra Constitutos, & constituendos per gratiam nostri Do-
minij. Vadit pars, considerato, quod omnes aliae Terræ nostræ Istriæ regun-
tur cum Statutis, & ordinibus suis, quos credendum est suos antecessores
condidisse, quia cognouerunt eos utiles, & necessarios ad bonum statum, &
conseruationem dictarum Terrarum, examinatis etiam bene dictis Statutis,
& ordinibus, ac habito bono, diligenti Consilio super illis, & præcipue aliquibus,
qui videbantur non ita rationabiles respectu nostrorum, & quantum
difficile est Reggimen vius Ciuitatis ex toto disformare à statutis, & ordini-
bus, quibus fundatæ sunt, & pro complacendo etiam ipsis nostris fidelibus,
vt habeant causam perseverandi in bona dispositione sua; Quod ordinetur,
& mandetur omnibus nostris Rectribus dictæ Ciuitatis Iustinopolis, tam
præsenti, quam futuris, & sic ponatur in sua commissione, quod de cœtero
debeant, non obstante aliquo alio nostro Mandato, nec alia forma sive com-
missionis, regere illam Ciuitatem in Ciuilibus, & Criminalibus secundum
formam, & ordinem statutorum suorum, cum ista correctione, & declaratio-
ne, quod ipsa statuta & ordines non habeant locum, sed annullentur, & pro
annullatis, & casis habeantur in quacunque parte faciunt mentionem, quod
Potestas iudicet, & faciat cum voluntate, & consensu suorum officialium,
& quod officiales elligantur per eorum Consilium; Sed sit solus ad indican-
dum, & etiam ad elligendum officiales necessarios ultra constitutos, & con-
stituen-

stituendos per nostrum Dominium, seruata in omnibus alijs forma dictorum Statutorum, & ordinum; cum hac etiam declaratione Capituli centesimi sexti libri secundi continentis, quod de debitis pecuniae mutuatae, vel depositae nulla testificatio valeat à libris decem parvorum supra, nisi fuerit per publicum Instrumentum, & à decem libris infra, nisi probatum fuerit per duos idoneos testes vocatos, siue rogatos à partibus, & quod nulla probatio testimonij de prædictis mutuo, vel deposito valeat contra defunctos, Quod hæc locum habeat in Ciuitibus, & habitatoribus Iustinopolis, & districtualibus. In alijs autem forinsecis remaneat in libertate Rectorum nostrorum, qui per tempora fuerint accipiendo, & non accipiendo testificationes super inde, sententiandi, & terminandi prout eis secundum Deum & suam bonam conscientiam videbitur iustum, conueniens, & honestum, Et ita intelligatur, & declaretur ultima pars Capituli Octauii dicti libri continens, quod contra defunctos nulla probatio testium pro aliquo debito recipiatur. Quare mandamus vobis cum dictis Consiliis, quatenus dictam partem, & contenta in ea debeat obseruare, & facere in uiolabiliter obseruari, facientes has nostras litteras registrati in Cancellaria vestri Regiminis ad memoriam futurorum. Volumen autem Statutorum nobis missum remittimus vobis per dictos nostros fideles nostra bulla plumbea communictum. Data in Nostro Ducali Palatio die 22. Junij Indictione sexta.

THomus Mocenigo Dux Venetiarū, &c. Nobilibus, & sapientibus Viris Alexandro Georgio de suo mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus suis, fidelibus dilectis, salutem, & dilectionis affectū. Fuerunt ad præsentiam nostram circumspæcti, & prudentes Viri Nicolaus de Zarotis, Andreas Grifoni, Ioannes Scriba, & Filippus de Pola cum litteris vestris Ambasciatores Fidelis Communitatis nostræ Iustinopolis, & ex parte dictæ Communitatis nostro Dominio porrexerunt aliqua Capitula, quibus capitulis cum nostro Collegio habēte spacialiter ad hoc plenissimam libertatem à Consilio Rogatorum vigore partis in dicto Consilio captæ die tertio Martij præsentis, fecimus responcionem prout inferius videbitis contine-ri, Et primo ad primum capitulum continens, videlicet Serenissimo, & Gloriosissimo Ducali Dominio eiusque gratiosissimo, & Sapienti Consilio pro parte Ciuitatis, ac totius vniuersitatis vestræ Iustinopolis humiliter supplicatur, & petitur, quod cum Ciuitas, & districtus Iustinopolis regatur ex vestro Ducali Mandato secundum Statuta illius Ciuitatis, quæ Statuta in multis contradicebantur inferentes intra se multissimas contradictiones, & discordias. Quare hoc videntes cum Consilio, & parere Spectabilis, & Generosi Viri Domini Alexandri Georgio Honorandi Potestatis, & Capitanei Iustinopolis, congregato Consilio de XL. quod habuit à maiori Consilio plenissimam libertatem, propositum fuit in dicto Consilio de XL. die 13. Decembris proximè præteriti, & sic captum fuit, quod daretur Potestas dicto Domino Potestati, & Capitaneo Iustinopolis in reparatione, & confirmatione, cassatione, & additione dictorum Statutorum Iustinopolis, eligendi nouem

nouem ex melioribus,sufficientibus,& magis idoneis Nobilibus huius Ciuitatis, qui vna cum dicto Domino Potestate , & Capitaneo Iustinopolis , & suis Iudicibus essent ad dictorum Statutorum ordinationem,reparatiouem,& constructionem,& videre,& examinare dicta Statuta,& cassare illa, quæ non essent bona,& vtilia,& addere aliqua , quæ sint ad honorem Dei , & Excellentissimæ vestræ Ducalis Dominationis,bonum,& vtile habitatoribus huius vestræ Ciuitatis Iustinopolis.Qui Dominus Potestas dicitos nouem elegit,& præcepit illis,quod die prima , vel secunda Mensis Ianuarij tunc proximè futuri essent secum in loco ad hoc deputato,ad dictorum Statutorum operam exequendum.Qui gratia Iesu Christi,die 28. Mensis Ianuarij omnia perfrerunt. Quare humiliter supplicatur, quod vestra benignissima , & grata Serenitas dignetur illa Statuta,quæ vestræ Excellentia præsentantur,confirmare,affirmare,& autenticare , vt dicta vestra Ciuitas Iustinopolis cum ipsis regatur,& gubernetur, quod erit omnibus viris Ciuibus , & districtualibus singularissimum,atque gratum.Respondemus,quod dicta Statuta laudamus approbamus,& ratificamus,& volumus illa per vos , & successores vestros obseruari debere, dummodo non sint contra honorem , & Statuti commuuis Venetiarum; Secundo ex parte dictæ vestræ Communitatis , & Ciuitatis Iustinopolis supplicatur,quod videntes nonnullos antiquos vestræ dominacionis seruitores, qui ab antiquo fuerunt de Consilio Iustinopolis , videlicet de Maiori , & alijs Consilijs , Et in reparatione Consilij Iustinopolis,aliqui propter obliuionem,aliqui quia erant in pupillari etate in dictis Consilijs ; & præsertim in maiori Consilio non fuerunt positi; Vestra Serenitati pro parte huius Communitatis deuotissimæ supplicatur,quod isti cum eorum hæredibus legitimè descendantibus,sint,& else debeant de nostro maiori Consilio , & quod possint vti omnibus beneficijs.Iurisdictionibus,immunitatibus , & alijs quibuscumque,sicut alij,qui sunt de dicro maiori Consilio; Et vt illi,qui sunt extra Ciuitatem Iustinopolis habeant materiam repatriandi,ita tamen quod ipsi teneantur,& debeant infra vnum annum à die Concessionis in antea venire ad habitandum in Ciuitate Iustinopolis , & habere firmum domicilium in dicta Ciuitate Iustinopolis,& quod sint præsentati dicto Consilio; cum venerint,& habuerint domicilium in dicta Ciuitate Iustinopolis; Nomina illorū sunt ista,Ser Baldus de Sabinis,Ser Franciscus de Spelato q. Ser Nicolai, Ser Fräsciscus de Spelato q. Ser Francischi,Ser Almericus de Vercijs,Ser Bembus Bembo q. Ser Andreæ,Ser Bernardinus de Pellegrino,Ser Ioannes de Pellegrino,Ser Saluinus de Pellegrino,Ser Hieronymus de Pellegrino,Ser Petrus q. Ser Iacobi Dato.Respondemus,quod sumus contenti, quod isti nominati per dictum Capitulum sint de suo Consilio,pro vt petunt ; Sed dicti descripsi per dictum Capitulum possint habitare in Venetijs , & alijs Terris , & locis nostris , & nihilominus sint de dicto Consilio : Ad tertium continens . Tertio,quod ex parte huius Communitatis Iustinopolis supplicatur , & de gratia petitur spaciali, quod multi nobilissimi Ciuis Almae Ciuitatis Venetiarum venirent ad Regimen Ciuitatis Iustinopoli, si ipsis contigerit ad dictum Regi-

Regimen estiuo tempore peruenire , cum propter maris tranquilitatem
 tunc quia ipsi Rectores sufficientibus equis de Crouatia, tunc quia frumento , Vino, blado, & alijs eis necessarijs possent temporibus congruis se fulcire. Vestræ Serenitati, pro parte huius vestræ Communitatis Iustinopolis deuotissimè supplicatur, quod sua benigna Clementia huic Ciuitati concedat de gratia spetiali, quod Rectores, qui fient ad Ciuitatem Iustinopolis gubernandam, debeant habere prærogatiuas, quas habet Ciuitas Clugie, Videlicet quod vbi semper Potes tas Clugie intrat in Reginine prima die Maij, sic Potes tas, & Capitaneus Iustinopolis intrare teneatur in festo Sancti Viti, quod est XV. mensis Iunij; Et hoc pro commodo, bono, & vtilitate dictorum Rectorum illuc venientium; Et quod Sua Serenitas dignetur concedere, quod vbi Potes tas Clugie semper sit prima Dominica Quadragesimæ, sic Rectores Iustinopolis fiat in festiuitate Paschæ Resurrectionis; Cum alijs prærogatiuis, & iurisdictionibus, quas habet Potes tas Clugie in omni bus supra scriptis in dicto Capitulo contentis. Respondemus, quod sumus contenti pro ut pertinet, & hoc incipiat obseruari in Pote state de nouo eligendo, qui fiat usque ad Sanctum Vitum, & à Sancto Vito usque ad vnum annum, & postea procedatur de anno in annum ad electionem dicti Pote statis, secundum continentiam dicti Capituli. Ad Quintum continens. Quartò supplicarur pro parte huius Communitatis, quod benigna Clementia Vesti Ducalis Dominij nobis concedat de gratia spetiali, quod ut pueri nostri habeant causam, & materiam litteras addiscendi, & ne deesse magistri scolarum illi, qui fuerint apti scientias capiendi, valeant transiugare, quod de denarijs Communis Venetiarum possint expendi omni anno librae centum paruorum, ut tales Magistri habeant causam veniendi Iustinopolim, & docendi pueros, ad hoc ut Ciuitas sua Iustinopolis habeat homines sufficientes, & non ignaros. Fiat pro ut in Capitulo petitur. Ad Sextum continens. Quinto pro parte Domini Pote statis, & Capitanei Iustinopolis cum debita reuerentia vestro Ducali Dominio recordatur, quod cum in Capitulis LII. sua Commissionis continetur, quod debeat incantari facere Datum Salis; Et quod in hac Ciuitate Iustinopolis maxima Salis quantitas reperitur, & in vili præcio, & dubitat, quod non reperi retur de dicto Dacio ad magnam quantitatem tot, quot anno præterito fuit repertum, ipse Dominus Potes tas, & Capitaneus, si placet vestro Dominio, vellet, quod in casu, quo non reperi retur tantum de dicto Datio Salis, quantum anno præterito, vel id, quod esset iustum, habere libertatem à Vestro Dominio, quod possit illud exigi facere, & ponere in uno salario, & postea sic exacto, mitendi Venetias pro bono Communis quam cito poterit. Respondemus, quod Potes tas, & Capitaneus Iustinopolis, si non potest dictum Datum deliberate pretio solito, possit illud exigi facere nomine nostri Communis, Sed de Sale obseruet illud, quod obseruabant, & faciebant Datiarij, quando accipiebant Datum prædictum. Ad septimum Continens. Sexto pro parte dicti Domini Pote statis, & Capitanei Iustinopolis, cum debita qua potest reuerentia, Vestro Dominio proponitur, quod cum facta fuerit

fuerit ipso Domino Potestati , & Capitaneo multoties conscientia , quod sunt aliqui,& paucissimi,qui de beneficijs , & Regiminibus datis per Potestatem , & Capitanum Iustinopolis soli fruantur , & dato quod aliqui stetent per annum in dictis Regiminibus , & beneficij , per aliud annum confirmantur , & aliqui completo vno Regimine , vel beneficio,in aliud transferuntur: Quia iustum,& debitum est,quod omnes Nobiles huius Ciuitatis fruantur honoribus beneficijs,& immunitatibus huius vestre Ciuitatis; Quod vestra Serenitas dignetur prouidere , & sic in mandatis Domino Potestati præcipere , & successoribus suis sub illa poena vestro Dominio videbitur conuenire. Quod aliquis,qui fuerit,& ad præsens sit , & de cætero erit in aliquo Regimine locorum vestrorum , siue beneficio huius Ciuitatis per Potestatem Iustinopolis dato, non possit esse in aliquo dictorum Regiminum , siue beneficiorum per duos annos , postquam compleuerint tempus dictorum Regiminum , siue beneficiorum . Non intelligendo in hoc de officio Fexæ,quia exigunt multos denarios,& opportet, quod ibi sit bonus homo , quia statut fidei suæ; Fiat sicut in dicto Capitulo continetur . Quare cum dicto nostro Collegio ad hoc habente,vt supra , à Consilio Rogatorum plenissimam libertatem , Vobis mandamus , quatenus nostra suprascriptas responsiones obseruare , & obseruari facere inuiolabiliter debeatis ; Facientes has nostras litteras in Cancellaria Regiminis vestri , deinde ad futurum memoriam registrari.

Data in Nostro Ducali Palatio die VIII. Mensis Martij Indictione prima MCCCCXXIII.

THomas Mocenigo Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus,& sapientibus Vitis Marco Corario de suo Mandato Potestati , & Capitaneo Iustinopolis,& successoribus suis fidelibus dilectis salutem,& dilectionis affectum . Significamus vobis,quod in nostro Consilio Rogatorum , & additione MCCCCXIV. Indictione VII. die XX. Mensis Augusti capta fuit pars infrascripti tenoris , videlicet . Quod cum alias in isto Consilio in MCCCCXIII die IV. Mensis Iulij captum fuerit , quod fideles nostri Iustinopolis haberent Consilia sua,& elligerent officiales suos, secundum eorum consuetudines. Et secundum ordines suos elligunt de quatuor in quatuor menses unum Cancellarium,qui simul cum Cancellario , quem secum ducunt Potestates , & Capitanei Iustinopolis attendit ad Ciuria , & habere debet partem sui lucti de actis ciuilibus , sicut continuè habuit prouidus Vir q. Ser Baisinus de Baisijs qui fuit Cancelarius dictæ Communitatis,& ipsam Cancellariam habuerat de gratia à nostro Dominio:Sed Cancellarius, qui ad præsens est cū Nobile Viro Ser Marco Corario Potestate , & Capitaneo Iustinopolis noluit de dictis actis Ciuilibus dictæ Cancellaria facere,nec dare , quod est contra concessionem per nos dictæ Communitati factam,& contra illud,quod semper est consuetum,quia dictus q. Baisinus cōtinuè habuit partem suam sicut omnibus est notum. Vagit pars,quod committatur , & mandetur dicto Ser Marco Corario Potestati , & Capitaneo Iustinopolis , quod debeat

debeat prouidere , & modum tenere cum effectu , quod Cancellarius suus dare , & restituere debeat Cancellarijs electis per communitatem nostram . Iustinopolis tempore sui Regiminis partem dictis Cancellarijs tangentem de actis Ciuilibus . Videlicet de omnibus quinque denarijs , duos denarios , sicut habeat Ser Baifinus praedictus . Et ad remouendum omne dubium , quod in futurum occurrere posset ; Ordinetur quod Cancellarij , qui de coetero eligitur per Communitatem nostram Iustinopolis de quattuor in quattuor mensibus , secundum ordines suos , habere debeant illam partem lucri prouenientis ex actis Ciuilibus dictae Cancellariae , quam habuit q. Ser Baifinus praedictus , videlicet de omnibus quinque denarijs , denarios duos : Et mandetur Potestati , & Capitaneo praesenti , & successoribus suis , quod ita debeant effectualiter obseruare . Quare mandamus Vobis cum dictis nostris Consilijs , quatenus dictam partem debeat obseruare , & facere inuiolabiliter obseruari . Facientes has nostras litteras in actis Cancellarie vestre ad futurorum memoriam registrari .

Data in Nostro Ducali Palatio die XXVIII. Augusti Indictione VII. MCCCCXIV.

4 **T** homas Mocenigo Dei Gratia Dux Venetiarum , &c. Nobilibus & sapientibus Viris Petro Zacharia de suo mandato Potestati , & Capitaneo Iustinopolis , & successoribus suis dilectis salutem , & dilectionis affectum . Significamus vobis , quod in nostris Consilijs Rogatorum , & additione MCCCCXIV. die XXIV. Augusti capta fuit pars infra scriptis tenoris , videlicet ; Cum alias in isto Consilio in MCCCCIII. die IV. Iulij captum fuerit , quod fideles nostri Iustinopolis haberent consilia sua , & eligerent officiales suos secundum eorum consuetudines , & secundum ordines suos eligunt de quatuor in quatuor menses unum Cancellarium , & coetera , ut in praecedenti Ducali . Verum si Cancellarius Praecessoris vestri non dedisset partem suam lucri alijs Cancellarijs electis per communitatem , debeat se secundum continentiam dictae partis eumdem astringere ad dandum , & soluendum dictis Cancellarijs partem suam lucri secundum formam dictae partis , & debeat eumdem cogere ad dandum , & soluendum illam Cancellariam praedictis , sicut in dicta parte continetur .

Data in Nostro Ducali Palatio . Die VIII. Augusti Indictione VIII. MCCCCV.

5 **T** homas Mocenigo Dei Gratia Dux Venetiarum , &c. Nobilibus , & sapientibus Viris Petro Zaccaria de suo mandato Potestati , & Capitaneo Iustinopolis , & successoribus suis fidelibus dilectis , salutem , & dilectionis affectum . Significamus vobis , quod in nostris Consilijs Rogatorum , & additione M C C C C X V. Indictione IX. Die IX. Mensis Septembris capta fuit pars infra scripti tenoris videlicet . Cum alias in isto Consilio MCCCCXIV. die XXIV. Augusti captum fuerit quod committeretur , &

man-

mandaretur Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus suis, quod deberent prouidere, & tenere modum cum effectu, quod Cancellarij sui dare deberent Cancellarijs eligendis per Communitatem Iustinopolis illam partem lucri, prouenientis ex actis Ciuilibus Cancellariae, quam habuit, q. Ser Baisinus de Baisio, & scriptum fuerit Potestati, & Capitaneo nostro Iustinopolis, vt deberet prouidere, & tenere modum, quod Cancellarius, qui fuit Ser Marci Corarij olim Potestatis, & Capitanei Iustinopolis, & similiter Cancellarius suus daret partem dicti lucri secundum formam dictae partis Cancellarijs electis per Communitatem Iustinopolis secundum formam partis praedictae: & dictus Potestas, & Capitaneus recusauerit, & recuset dictam partem obseruare, quod est contra ordinem nostri Dominij, considerata concessione facta Communitati nostrae Iustinopolis per istum Consilium. Vadit pars, quod scribatur, & mandetur Potestati, & Capitaneo Iustinopolis Nobili Viro Ser Petro Zacharia, quod omnino prouideat, & teneat modum, quod si Cancellarius Ser Marci Corario Praecessoris sui erit Iustinopoli, & non dederit partem lucri Cancellarijs electis per Communitatem Iustinopolis, secundum formam partis suprascriptae, capta in M C C C X I V. Die XXIV. Augusti. Idem Cancellarius det, & soluat partem dicti lucri Cancellarijs praedictis; Et similiter prouideat, & cum effectu teneat modum ante complementum sui Regiminis, quod Cancellarius suus det, & soluat dictis Cancellarijs Iustinopolis partem suam prouenientem, ex actis Ciuilibus Cancellariae, secundum formam, & continentiam partis suprascriptae. Et hoc obseruare teneatur, executionem mittere dictus Potestas, & Capitaneus Iustinopolis ante recessum suum Iustinopolis sub poena librarum quingentarum in suis proprijs bonis, quam poenam exigant Aduocatores communis habentes partem, vt de alijs poenis suis officij: Et si dictus Potestas, & Capitaneus non obseruaret suprascripta, & accusator inde fuerit, habeat tertium dictarum librarum quingentarum, tertium Aduocatores, & alium tertium sit Communis. Et teneantur Potestates, & Capitanei Iustinopolis futuri obseruare dictam partem captam MCCCCIV. Die XXIV. Augusti in faciendo, quod Cancellarij sui dent, & contribuant partem dicti lucri ex actis Ciuilibus Cancellariae prouenientis Cancellarijs Communitatis Nostrae Iustinopolis secundum formam dictae partis sub poena dictarum librarum quingentarum, exigenda per Aduocatores communis, sicut superius continetur. Quare mandamus vobis cum dictis nostris consilijs, quatenus dictam partem (in quantum ad vos spectat) debeatis obseruare, & facere intiolabiliter obseruari.

Data in Nostro Ducali Palatio Die X. Septembris Indictione I X. MCCCCV.

Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Alexandro Georgeo de suo mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus suis fidelibus dilectis, salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris Consilijs Rogatorum, & additione in M C C C X X I I I. Indictione prima Die X XI. Mensis Maij capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet. Cum considerata constanti, & vera fidelitate nostrorum fidelium subditorum Ciuitatis nostræ Iustinopolis fuerit deliberatum per istud Consilium, & Commissum Potestati, & Capitaneo nostro Iustinopolis, & successoribus suis, quod de anno in annum mittere debeant duos ex fidelibus nostris Iustinopolis in Potestates locorum nostrorum Pinguenti, & Portularum, vnum videlicet pro quolibet dictorum locorum: Et ulterius etiam fuerit prouisum, & commissum Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, quod mittat vnum ex Ciuibus nostris Iustinopolis in Rectorem Communitatis, & hominum duorum castrorum de partibus Istriae; Et etiam vnum Rectorem loci Bulearum. Et sit bonum etiam adhibere modum, quod dicti nostri Potestates, & Capitanei Iustinopolis in executione predictæ nostræ deliberationis eligant, & mittant personas idoneas conditionis ad factum dictarum Potestiarum. Vadit pars quod mandetur Potestati, & Capitaneo nostro Iustinopolis, & successoribus suis, quod de anno in annum mittere debeant ex dictis nostris fidelibus Iustinopolis Potestates prædictorum quattuor locorum iuxta mandata nostra sibi commissa, destinando ex his, qui sint de consilio dictæ nostræ Ciuitatis Iustinopolis, & qui sciant scribere, ut in dictis Potestarijs præficiantur, & habeantur personæ electæ, & idoneæ conditionis pro ut requirit qualitas facti. Coeterum ordinetur, quod qui fuerit vno anno Potestas in aliquo ex dictis quattuor locis, non possit usque ad vnum aliud annum esse Potestas alicuius locorum prædictorum. Quare cum dictis nostris Consilijs scribimus, & mandamus quatenus dictam partem, & contenta in ea, in quantum ad vos spectat, debeatis obseruare, & facere inviolabiliter obseruati, facientes has nostras litteras in actis Cancelariae vestrae deinde ad futurorum memoriam registrari.

Data in Nostro Ducali Palatio die XXII. Mensis Maij Indictione prima MCCCCXXIII.

Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Georgeo Georgeo de suo mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus suis fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis quod in nostro Collegio viore libertatis habita à Consilio Rogatorum, captum est, quod prudentibus Viris Ambrosio Lugnano, & Ioanni de Victore Ambasciatoribus Communitatis nostræ Iustinopolis ad Capitula nomine Communitatis Iustino.

Iustinopolis exposita, fiat responso, sicut ad quodlibet eorum videbitur subscriptum, videlicet. Primo ei exponatur, quod cum ista sua fidelis Communitas Iustinopolis præsenserit, quod Antonius de Ingaldeo, & Christophorus de Serenis Ciues Iustinopolis pertinuerint obtinere, & obtinuerint de gratia à sua Celsitudine in vita Cameram huius suæ Cittatis, supplicetur Clementiae ex maiori, qua potest reuerentia, quod ipsa dignetur sua piissima benignitate, & gratia largissima ita prouidere, quod obseruetur huic suæ fidelissimæ Communilitati gratia sibi alias super hoc indulta per Consilia Rogatorum, Videlicet, Quod Rectores sui Iustinopolis annuatim eligant, & constituant duos ex his suis fidelibus Ciubus Iustinopolis Camerarios ad ipsam Cameram per unum annum iuxta solitum, vt omnes isti sui fidelissimi Seruitores Iustinopolis, & non solum duo participant de gratijs excellentiæ suæ. Respondeatur, quod volentes dictæ Communilitati obseruare gratiam sibi concessam, sumus contenti gratias factas prædictis Antonio Ingaldeo, & Christophoro de Serenis, quas ad beneplacitum nostrum concessimus, reuocare; Et ex nunc nos habemus dictum beneplacitum pro exprirato, & prædictas gratias annullamus. Secundo supplicetur Celsitudini suæ, quod ipsa dignetur confirmare eam partem, & ordinem captum in hoc Consilio Iustinopolis, quod nullus Ciuis Iustinopolis de cetero audeat, vel præsumat perquirere de gratia à Dominatione sua, neque acceptare in vita, vel ad aliquod tempus, aliquod ex his officijs, & Reggiminibus, quæ dantur annuatim per Dominos Rectores Iustinopolis istis suis fidelibus, & similiiter Cancelleriam Communilitatis Iustinopolis sub pena dicatorum centum aurii auferenda cuilibet contrafacenti, & ultra hoc sit priuatus ipso iure immediare tali officio, seu Regimine per ipsum, vt supra obtento, cuius poenæ medietas sit Communis Venetiarum, & alia medietas sit huius Communilitatis Iustinopolis. Respondeatur. Non videtur nostro Dominio, vt quis quam priuetur veniendi ad nostram præsentiam petiturus quæcunque sibi mereri putabit: Quare volumus, vt illam partem in suo consilio captam ipsi reuocent, quia nolumus eam habere vigorem: Sed tamen sint certissimi, quod nostra Dominatio nemini dabit, vel concedet, nisi quæ videbuntur, & fuerint honesta, & laudabilia. Tertio supplicetur Excellentiae suæ, quod ipsa dignetur concedere, & mandare taliter Rectoribus suis futuris Iustinopolis, quod ipsi habeant causam obseruare hanc intentionem huius suæ fidelis Communilitatis Iustinopolis, quod qui fuerit vno anno Rector, vel Pinguenti, vel Postularum, vel duorum Castrorum, non possit esse Rector in eo loco, in quo fuerit Rector usque ad quattuor annos post complementum sui Regiminis immediate secuturos. Fiat vt petitur, sed Rectores vacent per tres annos tantum. Item, quod qui fuerit Camerarius Iustinopolis vno anno, non possit esse Camerarius, vique ad quattuor annos, neque Rector in ali-

quo suprascriptorum locorum usque ad tres annos , post complementum sui officij immediatè secuturos ; Et hoc , ut quisque de hoc suo Consilio Iustinopolis participare possit , & debeat de prædictis beneficijs , & Regiminibus ad voluntatem Dominorum Rectorum Iustinopolis , qui pro tempore erunt , & dicta Reginina dabunt , non obstante aliqua parte , vel loquente in contrarium . Fiat , ut petitur , sed Camerarius per tres annos tantum . Item , quod aliquis , qui sit debitor Communis Venetiarum non possit eligi , nec esse Rector , vel Camerarius in dictis beneficijs vlo modo ; Et quod quilibet , qui eligitur Rector in aliquo dictorum locorum , tenetur , & debeat dare bonam fideiussionem Domino Potestati , & Capitaneo Iustinopolis , qui eum eliget de ducatis ducentum auri , & Camerarij (iuxta solitum) de ducatis mille auri , alioquin nemo possit esse officialis , vel Rector in aliquo dictorum locorum vlo modo . Respondeatur , quod nolumus hoc Capitulum habere locum , sed obseruetur consuetudo . Item , quod , qui fuerit vno anno officialis Pesa stateræ Iustinopolis , non possit esse officialis in ipso officio , nec in aliquo aliorum dictorum officiorum , & Regiminum usque ad duos annos , post complementum dicti sui officij , immediatè secuturos . Fiat , ut petitur . Ultimò supplicetur , quod cum ista fidelis Communitas coeperit in hoc suo Consilio , & promiserit Bartholomeo Costa de Iustinopoli , quod ipso Bartholomeo aptante domum Fontis Iustinopolis suis proprijs expensis ; Ita quod ipsa noui remitteret acquam , ipsa communitas expensis omnibus dictæ communitatis ipsum faceret de consilio prædicto Iustinopolis , & procuraret obtinere à Serenitate sua , quod ipsæ Bartholomeus confirmaretur de dicto consilio . Et cum ipsæ Bartholomeus dictam Domum aptauerit , vt tenebatur , & restet eum confirmari à prælibata sua Dominatione de ipso consilio , quod prædicta sua Clementia dignetur prædictum Bartholomeum per consilia sua , ordinata , confirmare de dicto Consilio Iustinopolis cum onere , & honore , & monumentis , quibus alij ciues de dicto consilio creati sunt . Fiat , ut petitur . Quare mandamus vobis cum dicto Collegio , quod responsiones nostras , ad prædicta capitula obseruetis , & faciatis in eo , quod ad vos attinet , obseruati , facientes has nostras litteras in Cancellaria vestri Regiminis ad futurorum memoriam registrari .

Data in Nostro Ducali Palatio die VIII. Februarij Indictione XIV.
MCCCCXXXV.

s I N Christi Nomine Amen . Anno eiusdem Natiuitatis MCCCCXXIX . Indictione VII. die 25. Mensis Aprilis . Cœuocato , & pariter congregato Generali consilio communis , & hominū Iustinopolis de Mandato Spectabilis , & Generosi Viti Domini Marci Memo pro Serenissimo Ducali Dominio Venetiarū , &c Ciuitatis Iustinopolis , eiusq; distictus Potestatis , & Capitanei benemeriti Iustinopolis sub logia noua ad sonū cāpanē voce Preconeā

(vt)

ut honoris est, in quoquidem eonsilio interfuerunt idem Dominus Potestas, & Capitaneus, & Consiliarij quinquaginta nouem, posita fuit pars infra scripti tenoris, videlicet. Quia legata ad pias causas, ut plurimum, in ciuitate nostra Iustinopolis, tum haereditum auaritia, tum negligentia commissariorum, serius, quam debentur, aut nunquam soluuntur; Quod est contra Deum, & in non modicum prae iudicium pauperum, & Ecclesiarum, ac contra mentem statutorum Ciuitatis Iustinopolis ad executionem talium legatorum prædictorum, sicut quæ pro remissione peccatorum omnium talia legata facientium, ac pro substentatione pauperum, & Ecclesiarum, necessarium prouidere. Quapropter de mandato præfati Magnifici Domini Potestatis, & Capitanei Iustinopolis, ac cum consilio, & parere circumspectorum Virorum Ser Andreæ Grifono, Ser Bertoni de Facina, & Ser Bastiani de Tarsia, & Ser Ioannis de Ingaleo Iudicium suorum, vadit pars. Quod de cœtero Vice Domini Communis Iustinopolis, qui sunt ad præsens, & de tempore in tempus erunt ad dictum officium teneantur, & sint Sacramento sui officij astriicti ad tenendum in dicto officio unum librum, super quo scribere debeant omnia legata facta ad pias causas, statim post mortem Testatorum: Quæ legata infra tres menses post mortem talis Testatoris teneantur scribere, denuntiare, & significare illis personis, & locis, quibus talia legata ad pias causas dimissa erunt, si modo tales personæ, Ecclesiæ, & Monasteria, siue loca erunt in tali Testamento specificata; Si vero specificata non erunt, tunc teneantur denuntiare infra dictum tempus, ut præmittitur, priori Hospitalis Sancti Nazarij de Iustinopoli: Quas denuntiationes superscriptas facere debeant ipsi Vice Domini infra dictum tempus, sub poena solidorum duorum pro libra de proprijs bonis, dictorum Vice Dominorum auferenda pro quolibet legato non scripto, aut non denuntiato, ut præmittitur; Quæ pena applicetur illis personis, locis, vel Ecclesijs, ad quas talia legata spectabunt, & scripta, aut denuntiata non fuerint iuxta formam præsentis partis. De legatis vero scriptis, & denuntiatis, ut dictum est, habeant Vice Domini, pro eorum mercede solidos duos pro libra, accipiendos de sorte talium legatorum, & residuum legatarijs dimitendo. Quæ pars posita ad busolos, & ballotas, capta fuit per Consiliarios Quinquaginta Septem, vnam in contrarium, & duabus non sinceris.

Fanciscus Foscari Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & sapientibus Vi-
ris Antonio Marcello de suo Mādato Potestati, & Capitaneo Iustino-
polis, & successoribus suis fidelibus dilectis, salutem, & dilectionis affectum.
Nuper per fideles nostros Stephanū de Sabinis, Marcum Tarello, Anselmū
de Grifonibus Oratores illius fidelis Communitatis nostræ Iustinopolis fuit
nobis expositū, quod tempore quo vir Nobilis Alexander Georgio præterat
illi Regimini in Maiori Consilio illius communitatis deliberatū fuit, seruatis

debitis solemnitatibus , quod infra scriptum Statutum registraretur in Registro illius Communitatis , & in uiolabili ter obseruaretur , tamquam iustissimum , & honestum , vt in illa ciuitate habeantur semper boni Medici , & Magistri scolarum , & sic factum fuit , & multo tempore fuit obseruatum . Sed ad maiorem firmitatem , & pro contentamento ipsorum fidelium nostrorum supplicantium , inclinati tamquam iustis , & honestis statutum illud , de quo inferius fiat mentio , & deliberationem prefati maioris consilij , approbamus , & confirmamus , & praesentium tenore approbamus , & confirmamus ; Salvo semper arbitrio nostri Dominij addendi , minuendi , mutandi , corrigendi , sicut expediens cognoscetur . Quamobrem mandamus vobis , vt hanc confirmationem nostram obseruare , & obseruari facere in uiolabili ter debeat , & has nostras litteras in actis vestri Regiminis ad futurorum memoriam registrari , & registratas ipsi communitati restitui . Tenor autem dictae deliberationis , & Statuti talis est . Conuocato , & congregato maiori consilio ad sonum campanæ , voce que praeconis de mandato spectabilis , & Generosi Viri Domini Alexandri Georgeo Honorandi Potestatis , & Capitanei Iustinopolis , in quo Consilio interfuerunt LXXXVII . Consiliarij posita fuit pars tenoris infra scripti videlicet . Cum Domini Potestatis , & Capitanei praedicti , & suorum iudicium ac illorum Nobilium Deputatorum ad refformandum , & corrigendum Statuta Cömunis Iustinopolis intētos fuerit ponere illud Statutū tenoris infra scripti videlicet . Statuimus , & ordinamus , quod de coetero Medici , tam Phisicus , quam Chirurgus , & Magister scolarum debeant omni anno probari in maiori consilio Iustinopolis ; Et si transferint medietatem consilij sint confirmati , & si vero non transferint , sint cassi , & loco illius , vel illorum , qui ceciderit , vel ceciderint , ponatur alius , vel alij , & sic semper obseruetur . Et haec proba fiat per tres menses , vel circa antequam compleant suum annum : Et propter obliuionem non fuit positum ; Et quia videtur dicto Domino Potestati , & Capitaneo Iustinopolis fore utrissimum , & necessarium super hoc prouidere ; Ibit pars in isto maiori consilio , quod dictum Statutum per modum partis captae ponatur , & registretur in registro de nouo facto ad memoriam futurorum : Vt haec ciuitas sit semper bonis medicis , & magistro scolarum bene fulcita , & haec pars semper obseruetur , & non possit reuocari , nisi per nostrum Ducale Dominium Venetiarum , & tres partes huius maioris consilij . De non , consiliarij IV . non sincerus nullus , de sic LXXXIII . & pars capta fuit .

Data in Nostro Ducali Palatio die VIII . Nouembris MCCCCLII .

Die 17 . Septembris 1550 .

10 **C**ongregato Maiori Consilio ad sonum campanæ , & voce Praeconis , in quo computata persona Clarissimi Domini Viti Mauroceno Dignissimi Potestatis . & Capitanei Iustinopolis , in loco solito fuerunt Consiliarij n . 95 . pro insta scriptis peragendis , & primo per spectabiles Dominos

minos Iudices, & Honorandos Sindicos huius spectabilis Communitatis, posita fuit pars tenoris infra scripti, ommissis alijs.

L'anderà parte, che de qui inanzi il propinquo, ouero laterano di colui, che venderà qualsiuoglia sorte de beni, il quale se si ritrouerà nella Città al tempo delle stride, habbia termine di poter ricuperar vno mese intero solamente secondo il solito; Quello propinquuo veramente, o laterano, che si ritrouerà absente, habbia termine solamente anno vno, doppo le stride dell'Instrumento, e non più, il quale passato, non possa altrimenti presentar, ne ricuperar, non ostante qualsiuoglia dispositione di Statuto in contrario, acciò che li compratori possano dir qualche volta di hauer il suo. E ciò s'intenda ancora delle vendite, e comprende fatte sino à questo giorno.

Pro parte 60. contra 25. ideo capta.

Die 18. Aprilis 1627.

Il Congregato il Spettabile Maggior Consegglio nell'ordinaria Sala del Palazzo à suon di campana, e voce Precone, doue compresa la persona dell'Illustrissimo Signor Podestà, e Capitanio, interuennero Consiglieri numero cento sessanta due, & fu ballottata la sottoscritta parte.

Fù per parte di questo maggior Consegglio l'anno 1497. 13. Agosto concessa la precedenza trà Cittadini, prima alli Cauallieri insigniti di Militia, doppo alli Dottori laureati, dietro à questi alli Giudici, & poi alli Vice Domini, & finalmente alli Sindici, il qual ordine è stato anco fino ad hora osservato: Ma perchè con l'esperienza di vn longo corso di tempo, e per li accidenti accaduti si è conosciuto chiaramente, che ordine tale di præcedere riesce di poca riputatione della Città Metropoli della Prouintia, e di molto pregiuditio alli suoi interessi; Perche se bene essi Sindici hanno il governo, è maneggio delle cose pubbliche, & immediatamente la rappresentano in tutte le attioni, non gli è però permesso non hauendo luoco, di potersi così facilmente abboccare, e conferirsi all'orecchia dell'Illustrissimo Signor Podestà, e Capitanio per riuerentemente raccomandare, trattare, & negotiare gl'affari della medesima, che giornalmente occorrono: E pure ogni equità, e ragione vorrebbe che questi come rappresentanti la Città, & aggrauati d'un tanto peso, hauessero l'onore del primo luogo ad imitatione di tutte le altre Città di questo felicissimo Dominio, e come osservano gl'infimi luochi di questa Prouintia; Onde per riunetter miglior ordine per servizio delle cose pubbliche.

L'anderà parte posta per Ser Lutio del Bello Dottor Giudice, Per Ser Gio: Pietro della Corte Giudice, per Ser Pietro Maurutio Giudice, per Ser Ottavio del Bello Giudice, per Ser Francesco Grifonio Dottor Sindico, per Ser Nicolò Zarotti Dottor Sindico, che non ostante la parte sudetta,

1497. 13. Agosto, & ogn' altro ordine, che fosse in contrario, sia coll'auttorità di questo maggior Conseguo concesso alli Sindici, che per l'aauuenire saranno eletti, durante il loro carico, come rappresentanti la Città doppo l'Illustrissimo Signor Podesta, e Capitanio, Illustrissimi Signori Configlieri, e tutta la Nobiltà Veneta / conuenendosi à questa se ben fuori di carica di mostrare anco con gl'atti estrinseci la riuerenza, e deuotione de nostri animi / il primo luoco di precedenza in tutti li tempi, & occasioni sopra ogni altro così graduato, come non, e tanto terriero quanto foresto, affine che possino con quella honoreuolezza, e riputatione, che degnamente si conuiene ad vna Città Metropoli, trattare il seruitio della medesima, che è apunto il seruitio del Serenissimo, e benignissimo nostro Prencipe Naturale, & assoluto Patrono della Città, delle nostre vite, e de proprij cuori. Et in oltre di dare auttorità alli Sindici così presenti, come venturi, che vni, e separati possino procurare la confermatione da sua Serenità della presente parte.

La qual parte ballotata hebbe in fauor Balle 130. contra numero trentadue; però fù presa.

12 **I** Oannes Cornelio Dei Gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & sapientibus Viris Petro Aloysio Barbaro de suo Mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus suis, fidelibus dilectis, salutem, & dilectionis affectum. Significamus Vobis hodie in Consilio nostro Rogatorum captam fuisse partem tenoris infra scripti Videlicet. Merita la fedelissima Città nostra di Capo d'Istria di esser compiaciuta nell'istanza fat-taci rappresentare con il mezo di Ser Nicolò Zarotti Dottor, e Gio: Battista Zarotti suoi Nontij per la confermatione della parte presa in quel Conseguo Maggiore sotto li 18. Aprile passato nel proposito della precedenza à Sindici; Però l'anderà parte, che per auttorità di questo Conseguo, sia la medesima parte confermata, si che non ostante quella di 13. Agosto 1497. O altro ordine in contrario, li Sindici di essa fedelissima Città di Capo d'Istria, che per l'aauuenire saranno eletti, durante il loro carico, come rappresentanti la Città, debbano hauere quel luogo di precedenza in tutti li tempi, & occasioni, che ricchiede l'honoreuolezza di esso carico, si come si osservu nelle altre Città del nostro Dominio. Quare auctoritate supradicti Consilij mandamus vobis, vt supradictam partem obseruetis, & ab omnibus in uiolabilitate obseruari, vbi opus fuerit registrari, præsentantique restitui faciatis.

Data in Nostro Ducali Palatio. Die II. Maij Indictione XI. 1627.

Andreas Surianus Secret.

13 **F**ranciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Laurentio Minio de suo mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus &c. Dilecti fideles nostri Ambrosius de Otaco, & Ioannes Victoris Oratores illius nostræ fidelis Communitatis Iustinopolis comparentes sub litteris vestris credentialibus nobis supplicarunt, vt dignaremur confirmare, & approbare duas partes, captas per suum consilium; In quarum prima cauetur, vt vina Rusticorum non possint de cetero conduci amplius in Civitate Iustinopolis, nisi tempore Guerræ, & nouitatis, sub pena librarium quinquaginta paruorum, & perdendi vinum: Verum licet Ciuibus Iustinopolis dominis rusticorum Vinum, quod accipent in solutum à rusticis pro debito, in quo sibi tenerentur, in Iustinopoli conducere. In secunda vero continebatur, quod per vos, & successores vestros, & iudices vestros elligantur de quatuor in quatuor menses sex sprochani, & sex mensuratores Salis, qui sprochani sint ad vini. & similiter sint mensuratores de per se, & qui fecit in aliquo ipsorum officiorum, non possit usque ad vnum annum, post cōplementum suum proximum amplius in eo esse; Et alij, quam sprochani, & mensuratores predicti non possint exercere officium sprochaniae, & mensurare salem, exceptis patronis salis, qui impunè valeant mensurare salem eorum; Nos vero auditis, & intellectis dictis partibus; Et primum ubi dicitur, quod vina rusticorum non possint conduci in Iustinopoli, correxiimus, at modificauiimus in hunc modum, videlicet. Quod vina rusticorum, nata extra districtum Iustinopolis, non possint conduci in Iustinopoli; Nam volumus, quod vina nata in districtu Iustinopolis conduci possint iuxta solitum, in Civitatem prædictam. Et inclinati supplicationi prædictæ Fidelis Communitatis nostræ, dictas partes cum correctione, atque modificatione prædicta ratificamus, & approbamus; Resseruato tamen nobis arbitrio, & libertate corrigendi, addendi, & minuendi de tempore in tempus, vt nobis videbitur. Volumus autem, & tenore præsentium vobis mandamus, quatenus eas partes, vt iacent cum modificatione, & correctione nostra suprascripta obseruare, & inuolabiliter observari facere beatiss.

Data in Nostro Ducali Palatio die X VIII. Iulij Indictione XIVI.
MCCCCXXXVI.

14 **F**ranciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Nicolao Superantio de suo Mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus suis fidelibus, &c. Denotamus vobis, quod ob Aduentum ad nostram præsentiam discretorum fideliū nostrorum Varienti, & Beltrami de Tarsia, Philippi de Pola, Gaurdi de Gauardo, Almerici de Vertijs, & Antonij de Ingaleo Oratoribus illius fidelissimæ nostræ Communitatis pro facto Datij Mutæ per nos alias concessò illi fidieli nostræ Communitati in præsentibus Millesimo, & Indictione Die vero XX. Augosti in nostris Consilijs Rogatorum, & additionis,
capta

capta fuit pars infra scripti tenoris, Videlicet. Cum alias de MCCCCXIII.
 per nostrum Dominium cum auctoritate huius Consilij concessum fuisset
 fidelis Communitati nostrae Iustinopolis, quod posset ipsam Ciuitatem mu-
 rare, cum hoc, quod ipsa Communitas poneret lapides, arenam, lignami-
 na necessaria pro pontibus, & manuales; Et nos ei concessimus Datuum
 mutae, ex quo exigitur a libris Mille quingentis in duo mille singulo an-
 no, tam pro fabrica dicti muri, quam pro aptando stratas, necessaria ad ca-
 strum leonem, Pontes, Portus, Fontanas, alia necessaria sibi; Ita tamen,
 quod ipsi de Iustinopoli inciperent murare dictam terram a Porta Sancti
 Petri, & veniendo ad Arsenatum usque ad portam Bussedragam; Et postea
 de Musella unum Castrum pro ut per nostrum Dominium ordinaretur, sic
 que dicti denarij mutae fuerunt expenditi per dictam Communitatem liberè
 in fabrica, & laboreris suprascriptis usque ad 1430. in quo tempore de-
 mense Iulij captum fuit in hoc Consilio, quod cum strata treuolchi, usque
 ad Rixanum, per quam veniunt mussolati, egeret reparatione, ipsa strata
 deberet refici per extimum, tam ciuium, quam rusticorum; Et quod prædi-
 ctum Datuum mutae remaneret Communitati Iustinopolis pro adiuua-
 mento sui extimi, pro faciendo expensas suas etc. Successiuè de 1431. dum
 iam diuulgaretur de guerra maritima, & ipsa terra nullum haberet murum
 a Porta Sancti Martini usque ad portam Bussedragam, ipsi Communitati ad
 supplicationem, & instantiam suam concessum fuit pro ut postulabat;
 quod dicta Communitas posset murare dictam terram suis expensis, & de-
 suis denarijs, & non fecit dicta Communitas mentionem de suprascripta
 muta, quae per nostrum Dominium iam fuerat sibi concessa, & habebat,
 & tenebat eam esse de bonis suis, sive continuè reputatum, & obserua-
 tum; Nam continuè per Rectores, qui fuerant per tempora, dati sibi fue-
 runt denarij prædicti; Sed nunc Sindici nostri habentes, quod dixerunt de
 1431. dictos muros facere velle suis expensis, dictum Datuum mutae non
 intelligi debere, sententia erunt Potestatem, & Capitanum Iustinopolis
 ad soluendum id, quod dedit dictæ Communitati de dicto Datio, resserua-
 to sibi iure contra ipsam Communitatem; & ob hanc causam non sequa-
 tur in minando, cum ammissione calcis, & aliarum rerum præparatarum
 cum eorum multo præiudicio; Nam impotentes essent illi de Iustinopoli
 de suis proprijs marsupijs dictum murum facere, & alia necessaria; Et prop-
 terea ad nostram comparuerunt præsentiam sex Oratores predictæ Com-
 munitatis; supplicantes ad hoc prouideri, cum dictum Datuum vigore con-
 cessionum suprascriptarum suum sit, & clarissimum sit, quod haec fuerit in-
 tentio nostra; Vadit pars, quod mandetur auctoritate huius Consilij Pote-
 stati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus suis, & eis declaretur, quod
 non obstante eo, quod fecerunt dicti Sindici, debeant denarios dicti Datij
 de tempore in tempus dare prædictæ Communitati pro fabrica dicti muri
 & stratarum, & aliarum rerum sibi necessariarum; cum habeamus dictum
 Datuum vigore concessionum suprascriptarum per nos ei factarum suum
 esse.

esse debere. Et quod prosequi debeant ad fabricam murorum suprascriptorum. Quare cum suprascriptis nostris Consilijs vobis scribimus, & mandamus, quatenus supra scriptam partem, & contenta in ea obseruare, & obseruari facere in uiolabilitate debeat, facientes in Cancellaria vestra deinde ad futurorum memoriam has litteras registrari, & registratas, prædictæ Communitati restitu.

Data in Nostro Ducali Palatio Die XXII. mensis Augusti Indictione II. MCCCCXXXIX.

15 **F**ranciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Ioanni Theupolo de suo mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus &c. Pro parte fidelium nostrorum districtualium Iustinopolis fuit nobis præsentata quædam supplicatio, per quam exponunt, & supplicant, quod cum districtuales ipsi teneantur ad solutionem Datij mudæ, quod est soldi vnius pro quolibet equo, siue bestia à sauma, quæ caricata exit à Ciuitate illa pro terra firma, teneantur quoque ad reparationem, & aptationem omnium pontium terræ firmæ, sumptibus eorum, & ad contributionem onerum, & grauedinum in Ciuitate, & ciues Iustinopolis, ac homines Villarum Canum, & Curiarum à solutione Datij dictæ Mudæ sunt exempti; dignemur etiam ipsos absoluere à solutione Datij dictæ Mudæ, pro ut sunt absoluti ciues, & districtuales suprascriptarum Villarum; Et superdicta supplicatione visa responsione, Nobilis Viri Antonij Marcello Praecessoris vestri, qui amplissimè suadet, quod dicti districtuales à præfacta solutione absoluantur. Visa quoque deliberatione fatta in maiori Consilio illius fidelissimæ Communitatis, quod dicti districtuales sint absoluendi à solutione prædicti Datij, conformantes nos cum consilio Praecessoris vestri, & deliberatione illius fidelissimæ Communitatis, sicut per supplicationem eorum his introclusam simul cum responsionibus prædictis particularius videbitis; Deliberauimus, & statuimus, quod ellapo tempore præsentis Datij dictæ Mudæ, fideles nostri districtuales Iustinopolis prædicti exempti, & absoluti sint, & remaneant omnino à solutione Datij Mudæ prædictæ sicut, & pro ut sunt fidelissimi Ciues, & alij districtuales Villarum Canum, & Curiarum. Volumus ergo, & vobis mandamus, quatenus hanc deliberationem, & ordinem nostrum, ut supra, de cætero obseruare, & obseruari facere in uiolabilitate debeat, facientes has nostras litteras in actis Cancellariae Regiminis vestri ad futurorum memoriam registrari, & registratas, præsentanti restitui.

Data in N. Ducali Palatio Die XVIII. Iulij Indictione. MCCCCLIII.

16 **F**ranciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum, &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Antonio Marcello de suo mandato Potestati, & Capitaneo Iustinopolis, & successoribus, &c. Venerunt ad nostram præsentiam prudentes Viri, & circuinspecti, Andreas de Gauardo, Bonus Viatorius

Storius , Rantulphus de Mazzichis , Manserdinus de Petronio , & Sardius
 de Bratis Oratores illius fidelissima Communitatis nostræ , & nobis pruden-
 tiſſimè exposuerunt eis commissæ per vos , & illam fidelem Communita-
 tem circa Datum nostrum Mutæ . Quibus intellectis , & examinata conceſ-
 ſione per nos alias facta dictæ Communitatì de Datio dictæ Mutæ : Volen-
 tes supplicationibus , & votis illius fidelissimæ Communitatis Clementer
 annuere denotamus vobis , quod in nostro Consilio Rogatorum Die
 X X I V . præsentis mensis capta fuit pars tenoris infraſcripti ; Videlicet
 Comparuerunt Coram Dominio Nostro ſepiuſ , & pluries Oratores fidelif-
 ſimæ Communitatis noſtræ Iuſtinopolis ſupplicantes , quod cum iam plu-
 ribus annis eis confeſſimus Datum nostrum Mutæ pro edificandis Muris ,
 reparandis stratis , fonte , ac pro alijs laboretijs neceſſatijs ; Et diebus elapsis
 fuerit eis acceptum dictum Datum , & datum noſtro Arſenatui contra for-
 man priuilegiorum , & confeſſionum noſtrarum dignemur pro obſeruan-
 tia priuilegiorum noſtrarum , & attento quod magna pars murorum , &
 Rocha Muſellæ fieri reſtat , & quod ſtrata indiget quotidiana reparatione ,
 quia deſſiciente illa ruunt , immo deſſiciunt omnes introitus noſtri , eis reſti-
 tuere dictum Datum , & ſeruare ea , quæ per nos eis confeſſa , & promiſſa
 fuerunt ; Vifis ergo priuilegio , & confeſſionibus per nos factis dictæ fide-
 liſſimæ Communitatì , conuenit honori , & dignitati Noſtri Domini eis ſer-
 uare confeſſiones noſtras ; Vadit pars , quod poſtquam Patroni noſtri Ar-
 ſenatus habuerint de pecunijs Datij dictæ Mutæ Ducatos ſexcentum auri ,
 computatis illis , quæ iam habuerunt , ſicut captum , & deliberatum eſt in-
 iſto Consilio , & ſicut Oratores dictæ Communitatì , qui fuerunt ad noſtram
 præſentiam , promiserunt dictis Patronis Arſenatus , Datum dictæ Mutæ
 reſtituatur , & deputetur ad fabricam murorum , arcis in loco Muſellæ fien-
 dæ , ad reparationem ſtratarum extra Ciuitatem , fontis , & fontium , ſicut
 continentur in confeſſione alias eis facta , & de dictis pecunijs , etiam repara-
 tur , & in contio teneatur Caſtrum Leonis , pro vt Melius videbitur Potesta-
 ti , & Capitaneo noſtro Iuſtinopolis præſenti , & futuris . Et quoniam Ca-
 merarius Iuſtinopolis , qui exigit , & diſpensat pecunias dicti Datij , recepit
 ſalariū ſuum , quod eſt librarum 165 . paruorum in anno à Camera noſtra
 Iuſtinopolis ; Ex nunc captum , & firmiter ordinatum ſit , quod dictus Ca-
 merarius de cetero habere debeat libras ſex paruorum in mense de ſalario ,
 quod ſibi ſoluatur de pecunijs Datij dictæ Mutæ , & non Camera noſtræ :
Guardianus Publicus

Guardiani damna dantes in duplum damnificato ultra penam emendent. lib. 4. cap. 2.

102

Damnum dante non inuento, succumbat Custos;

Ibi.

Guardiani eliguntur per clavigeros portarum calendis Augusti, libras quindecim pro mercede habeant, In Urbe nisi Sabato eorum aliqui accedant. Nec alijs, nec sibi laborent. Proprias vindemias excipe.

Ibi.

Infra tertiam diem pignus portent. lib. 4. cap. 3.

103

Herbam in alienis predijs metere culpa
est lib. 4. c. 2.

103

Hæreditas

Hæreditas nec dari, nec adimi, nec minui
potest in codicillis lib. 2.c.51.

43

Hæreditas ab intestato

Filiij in capite, & Nepotes utriusque sexus,
sive ex eis legitime descendentes in stirpe,
Parentibus, seu Antis ab intestato defun-
ctis succedunt lib. 2.c.16.

23

Pater succedit filio sine testamento, & liberis
decedenti in bonis, quæ filio processerint ex
parte Patris, & in bonis per ipsum filium
acquisitis.

Ibi.

Pater succedit filio defuncto sine testamento,
descendentibus, Matre, fratribus sorori-
bus, & sine filiis frarum, ac sororum in
mediatae bonorum, quæ ipsi filio ex parte
Matris prouenient.

Ibi.

Mater succedit filio ab intestato, & sine de-
scendentibus defuncto in bonis, quæ in ip-
sum filium ex parte ipsius Matris perne-
nissent.

Ibi.

Mater succedit filio mortuo absq; testamen-
to, & sine Patre, ac descendantibus in bo-
nis omnibus ex Matre emanatis, & in
mediatae bonorum, quæ expiratus filius
acquisuerit.

Ibi.

Fratres, & sorores in capite, & filii fra-
trum, & sororum, quæ mortua fuerint, in
stirpe succedunt Fratris, vel sorori defun-
cta sine testamentaria dispositione, &
non relictis Patre & descendantibus, in
bonis omnibus, quæ ex parte Patris ipsi
Defuncto deriuassent, & in mediatae bo-
norum omnium, quæ defunctus acquisi-
uisset.

Ibi.

Fraires, & sorores in capite, & filii sororū,
vel frarum, qui obierint, in stirpe succe-
dunt fratribus, & sororibus deficientibus
sine testamento, Matre, ac descendantibus
in bonis, quæ ex patre Matris in defun-
ctos effluxissent:

Ibi.

Propinquiores ex parte Patris succedunt de-
functo ab intestato, non extantibus descen-
dientibus, Patre, fratribus, sororibus, &
filii frarum, ac sororum in omnibus bo-
nis ex latere Patris in defunctum deuolu-
tis, & in mediatae acquisitorum.

Ibi.

Propinquiores ex parte Patris succedunt de-
functo ab intestato, non relictis descenden-

tibus Patre, Matre, fratribus, sororibus,
& filiis frarum, vel sororum, in bonis
omnibus in defunctum emanatis ex parte
Patris, nec non in omnibus bonis per De-
functum acquisitis.

Ibi.

Propinquiores ex parte Patris succedunt
Deficienti ab intestato sine descendantibus,
Patre, Matre, fratribus, & sororibus
filiis frarum, & sororum etiam in bonis,
qua in defunctum processerunt ex parte
Maris, si tamen propinquus ex parte Ma-
tris deficerent.

Ibi.

Propinquiores ex parte Matris succedunt
defuncto ab intestato non habenti Matrem,
descendentibus, fratres, sorores, & filios fra-
trum, & sororum in mediatae bonorum,
qua defunctus haberet ex parte matris.

Ibi.

Propinquiores ex parte Matris succedunt
Mortuo sine testamento descendantibus
Patre, Matre, fratribus, sororibus, & sine
filiis frarum, & sororum in omnibus bo-
nis ex parte Maris procedentibus.

Ibi.

Propinquiores ex parte Matris succedunt
defuncto ab intestato, qui nec Patrem, nec
Matrem nec propinquos ex parte Patris
reliquit, etiam in bonis ex parte Patris
prouenientibus.

Ibi.

Hæreditas, seu successio in bonis ex parte
Patris dicit, & continet omnia bona quo-
cumque modo, iure, & titulo tam à Patre,
quam ex quolibet alio Propinquu ex late-
re Patris prouenientia.

Ibi.

Filij, seu filii filiorum utriusque sexus dotati
succedunt equaliter ab intestato cum fi-
liis, seu Nepotibus non dotatis, dummodo in
cumulum dotem ferant, & infra duos
menses ab obitu successionem petant.

Lib.

2.c.17.

24

Hæres

Quilibet heredum pro sua rata solum res-
pondere tenetur heredibus sui institutis
lib. 2.c.24.

28

Hæres tenetur ad debitum sui institutis
iuxta vires hæreditatis, & non ultra.

Ibi.

Pluribus heredibus institutis, si eorum ali-
quis portionem hæreditatis sibi tangen-
tem refutauerit, repudiata portio alijs ac-
crescat.

Ibi.

Hæres ad inuentarium bonorum omnium
mobilium, & immobilium infra mensu-
menetur.

Ibi.

Hæres.

Hoc integrè in Inuentorio bona non reponeas, tenetur ad præsum boni occultati, & damnatur. Ibi.

Incendiarius

Incendiarius emendet damnum in dumplum, & puniendus. lib. 1. cap. 23. 9

Incidere

Venibum suum, seu alienum à Mensi Aprilis usque ad festum D. Michaelis, & quocumque tempore alterius fermenta, turfos, vineas, & alia incidere prohibetur.

Lib. 4. cap. 13. 14. 16. 19. 107. & 108

Incidere Arborem frutiferam graui penitentia est. lib. 4. cap. 20. 108

Incidere Arborem viridem, seu aridam non licet Dominis nisi mensi Octobris, nec Prætore permittente. Ibi.

Incidere frondes Molinarii ac Curtesianis in fauorem suorum animalium Mensi Augusti, & de Protoris licentia permittitur. lib. 4. cap. 22. 110

Inciso Nemorum præscriptis temporibus, & locis statuitur. lib. 4. cap. 21. 109

Instrumenta

Instrumenta, seu Manuscripta debitum continentia inter ciues, iurante debitore debitum illud fuisse solutum nihil valeant, nisi ipsa instrumenta, & manuscripta infra decennium fuerint renouata. lib. 2. c. 65. 51

Instrumenta dotium in debito rerum mobilium solum innouantur, Aliter debitum euaneat. Ibi.

Instrumentorum, & Manuscripti renouatio sit ad creditoris libitum quandocumque ante decennium, & debitore absente, qui reperiri non poterit, auctoritate Pratoris per Cancellarium fiat ipsa renouatio, & valeat. Ibi.

Instrumentum conservationis, seu indemnitatibus præscriptionem temporis proscribit, & reicit, licet infra decennium renouatum non fuerit. cap. 66. 52

Instrumentum conservationis seu indemnitatibus renouatur, quando habens tales instrumentum soluerit debitum, vel aliquod damnum substituerit, & fiat talis renouatio intra tempus decem annorum a die supradicta solutionis, vel damni incipientium; Aliter qui renouare non fecerit habeat sibi dampnum. Ibi.

Instrumenta debiti, quod habuerit ciuis Iustinopolis cum Forensi habitatore Iusti-

nopolis infra quindecim annorum terminum innouentur; Ipso temporis spatio renouet ciuis creditor contra forensem habitantem, & infra vicennium Ciues, ac Aduena Instrumenta debitorum inter eos nata renouatione reuiuscant, Aliter expirant. lib. 2. cap. 67. 53

Per publicum Instrumentum nisi pateat societas aliqua facta inter ciues, & ciues, vel ciues, & forense, infecta est lib. 2. cap. 79. 58

Per Instrumentum exprimens (Detur presentatori præsentis Instrumenti) aliquid petere nisi iustum titulum habent, licet lib. 2. cap. 82. 59

Instrumentum in Iure contra Debitorum productum si amittatur, & de productione constiterit, ac postea lacerum in manibus Debitoris compareat, integrum est creditoris ius; lib. 2. c. 84. 59

Instrumentum debiti amissum debitore assentiente, & præsente reficitur. Ibi.

Instrumenta facta extra ciuitatem Vice dominantur lib. 3. cap. 17. 86

Instrumenta, & similes carte primum ab eo, qui ea habuerit, petuntur, & Prætore cogente ad exemplum habentur. Postremo si alibi roperiri non poterunt, in Vicedominaria fideliter, atque inculpate requirantur. lib. 3. cap. 103. 68

Interdictum

Interdicere alicui edificare, seu in possessionibus elaborare omne damnum, ac expensas persoluit, si Interdictum iure id facere non potuisse cognoscetur lib. 2. cap. 20. 26

Inuentarium

Fiat inuentarium ab heredibus de bonis mobilibus, & immobilibus spatio viii mensis post obitum instituentis nulla re abscondita lib. 2. cap. 24. 28

Inuentarium fiat quandocumque aliquis omnia bona sua donauerit, alienauerit, legauerit, seu dimiserit. Ibi.

Inuentarium pupillorum fiat in præsencia duorum ex propinquioribus pupilli, & propinquis deficienteibus, ad hoc duo per Prætorem constituantur. lib. 2. cap. 57.

Bona pupillorum mobilia estimantur, & si ea tutor recipere denegatur, publicè venduntur, & pecunia in Inuentario specificatur. lib. 2. cap. 58. 48

Iudeus

Iudeorum pacta, & conventiones vide. lib. 2.
cap. 76. c. 56. nam ipsis ab Urbe expulsis,
omnem eorum memoriam, & hoc indice
expellere iuris est.

Index

Iudex eligitur, qui vigesimum quintum an-
num explexerit; Honorarium obtinet li-
brarum sex in mense, & onus repudiare
prohibetur. lib. 3. cap. 2. 70

Iudex si fueris, Aduocatus in eadem causa
nè sis lib. 3. cap. 9. 76

Iustinopolis

Iustinopolis Urbs à Iustino Cæsare condita,
Palladis sacrarium, Colchidum Argo-
nautarum quies, Civitas Romanis ciui-
bus, & gente honestissima referta, Caput
Istrorum, Veneto Leoni subdita; Olim
Minerua ac Iustini, & quam tum Reges,
tum posuere Dei. Ante Rubricas.

Iustinopolis, & eius Districtus in crimin-
ilibus secundum statuta Veneta regitur li.
1. cap. 2. 1

Cives, Habitatores, Rustici, & Districtuales
Iustinopolis possunt contribuere Molendi-
narijs duas schatas pro stario, & ab inde
inferius pro rata starij, vel solidos qua-
tuor in ratione starij ad eorum libitum.
lib. 1. cap. 4. 2

Cives, & Habitatores Iustinopolis preferun-
tur Aduenis in molendis frumentis ac
bladis. lib. 1. cap. 5. 3

Rustici Villarum Iustinopolis, nec non Curte-
sani habentur pro habitatoribus Iustino-
polis. lib. 1. cap. 5. 3

Debitum Iustinopoli quacumque ex causa
contractum, Iustinopoli numeratur. lib. 2.
cap. 77. 53

Iustitiarius

Iustitiarius non sit nec Tabernarius, nec
Macellarins, nec Paniculus, nec
Hospitator, nee cum ipsis societatem,
vel amicitiam exerceat. lib. 3. cap. t.c. 70.
& cap. 27. 93

Quilibet Iustitiarius in quolibet mense so-
lidos quadraginta parvorum consequatur,
& suo munere ne se abstineat. lib.
3. cap. 2. 71

luramentum Iustitiariorum. lib. 3. cap.
27. 92

Aliquis Iustitiariorum semper in Macel-
lo adstet, carnes ementium ponderet,

fraudatores denunciet medietatem con-
demnationum consecuturus, & carnes pro
aliquo emere non presumat. Ibi.

Sigilant mensuras, & dona nec oculis nec
manibus tangant. Ibi. & cap. 28. 93

Iustitiarij semel in die torcularia omnia in-
tussero, ac Mensuras innocentis in latro-
num panam iusto stigmate notare obli-
gantur. lib. 3. cap. 50. 98. 99

Eorum Iuramento fides esto. Ibi. 99

Lac

L Ac ne iugules, sed pure sine aqua ven-
datur lib. 1. cap. 30. II.

Legata

Legata ad pias causas infra annum sunt
persoluenda, saluis tamen conditionibus
testamentorum. lib. 2. cap. 53. 43. 44

Dispensationes legata ad pias causas plena
fide, ac integritate executioni debent de-
mandari, & per Prætorem stricto iure
examini. Ibi.

Vide Notarius.

Lis

Lis incepit sub uno Regimine, & non abso-
luta in sequentib; potest definiri. lib. 2.
cap. 4. 20

Litem inchoatam ab Actore Reus ipso
Actore iniuste potest quocumque tempore
progreedi. lib. 1. cap. 5. 16.

Partes lites suas possunt componere, nec
quisquis partes ipsas ad se non compo-
neendum obligare audeat. lib. 2. cap.
5. 20

In litibus rerum immobilium testes utrius-
que partis recipiuntur. lib. 2. cap. 6. 20

In litibus, seu causis rerum mobilium negans
acepisse mutuum, seu depositum pecunie,
si coniunctus fuerit, in duplum restituere
cogatur. lib. 2. cap. 12. 22

Locatio

Locatio per annum tantum subsistit, nisi
Instrumento inhibeat. lib. 3. cap. 97. 66

Vide Pensio

Ludus

Ludus Taxillorum damnatur, & ludentes
Quid de Aleis? lib. 1. cap. 41. 15

Macellarius

M Acellarius carnes vendendas ina-
ni tumore non inflet, & carnes
hircorum, seu pecudum, & capra-
rum nisi in locis prescriptis vendat.
lib. 3. cap. 36. 95

Partit-

Particulari sitū excoriet, det pecudem pro pecude, & bouem pre boue, duas carnes uno tempore non vendat, sed primo meliores; Petentibus non deneget, & anima-
lia suo die defuncta venalia non faciat, immo non alibi, quam in ipso macello mactet; ipsiusque Macellum immunditijs, ac sordibus teneat expurgatum. lib. 3.
c. 36. 37. 38. 39. & seq.

95. & 96.

Mare

Res projecta in mare ob maris fortunam, si sub mare reperietur, restituatur suo Domino, habendo tamen Inventor tertiam partem seu valorem tertiae partis rei eiusdem lib. 1.c. 3.

Res projecta in mare causa tempestatis reperita super aquam restituatur Domino, habendo inventor quartum dictae rei, seu pretium quartae partis.

ib. 2

Res reperta in mare dominum non reperiens, excepta tertia, seu quarta parte Inventoribus assignanda, Fisco adiudicetur cum conditio, quod si dominus aliquando inueniretur res ipsa, vel ipsius pretium domino restituatur.

ib. 3

Vide Varea.

Maritus

Nulla diuisio, vel assignatio bonorum legitime perficitur inter Virum, & Vxorem nisi ex causa diuortii; lib. 1.c. 21.

8

Nec inter eos ullus subsistit contractus lib. 2. cap. 73.

55

Si maritus, & vixor nullo pacto cohabitare potuerint, Vir coningi pro victu, & vestitu debitam quantitatem designet, ceteris bonis in potestate viri remanentibus.

Ibi.

Maritus sine legitima vxoris Procurratione pro vixore in iure non valet respondere. lib. 2.c. 2.

19

Sine Verbo Mariti Vxor non potest se obligare, nec vendere, nec alienare sua bona tam mobilia, quam stabilia, vel forum contrahere, seu in iure respondere. lib. 2.c. 47. c. 48. & 75.

56

Mariu*m* in ius vocato Vxor quoque indicatur, si cum viro in solidum, vel diuisim fuerit obligata lib. 2.c. 47.

40

Si Maritus ad usum Vrbis Regina coniugatus bona vixoris estimata dilapidaverit, ipsamque mendicare compulerit, Praetor contra bona Mariti, si habuerit, & si

non habuerit, contra ipsius Vxoris bona, licet alienata, pro congrua prouisione ius vxori concedat lib. 2.c. 74.

55

Si Maritus & Vxor principales debitores in carta ambo apparuerint, solus tamen Maritus (*infelici partialitate*) de integro debito potest conuinciri. lib. 2.c. 75.

55

Vide Matrimonium.

Matrimonium

Puella, vel Mulier sub alicuius potestate existens, & sine eius licentia maritum ducens sua bona amittit. Etiam si adulterer lib. 1.c. 19.

7

Annum quindecim potest nubere de licentia Praetoris.

Ibi.

Matrimonium occulte contrahens, & coram occulis testibus puniatur simul cum testibus lib. 1.c. 20.

8

Quilibet in Matrimonio Iustinopoli facto, sine in eius districtu, tanquam frater, & soror intelligitur secundum Iustinopolis consuetudinem, nisi scriptura diversam conditionem significet. lib. 2.c. 68.

53

In Matrimonio innito secundum Iustinopolis consuetudinem bona conditionata locum non possident.

Ibi.

In Matrimonio Villorum Villarum consuetudo nequaquam violanda.

Ibi.

In matrimonio ad fratrem, & sororem debita viri, vel vixoris ante matrimonium facta ex bonis debitoris persoluantur, nec creditoribus in bona Mariti pro tali vixoris debito, nec in bona Vxoris pro huiusmodi Mariti debito actio permittitur. lib. 1.

Mortua vixore iuxta Vrbis usum nuptiarum, creditores Mariti pro debito ante matrimonium contracto tum bona ipsius viri, que sibi ex parte vixoris deuenerint, tum acquisita conuincere possunt. Mortuo Marito creditoribus vixoris idem ius ibi. 54

Constante Matrimonio ad Modum ciuitatis debita facta a Marito simul cum vixore cum bonis tam marii quam vixoris ad creditorum libitum astringuntur. lib. 2.c. 70.

54

Si maritus coningatus ad morem Iustinopolis sine vixore se obligauerit, vixor in ea obligatione partem non habet, salvo si portionem acquisitorum affectauerit. Ibi.

T 3 In

In decessu alterius Iugalium, qui in bonorum communione fuerint coniuncti, Pars debitorum, & acquisitorum est cognoscenda. lib. 2. cap. 71.

Vxor in communione bonorum colligata, que se ad primum capitale in contractu matrimonij tenuerit, & communione ipsam repudiauerit, suum primum capitale, & alia eius bona ad ipsam iure speccat: etiam obrire, bonis Mariti cum debitis & acquisitis ad suos heredes transeuntibus. Idem optionis Ius sit apud heredes uxoris. lib. 2. cap. 71. & 72.

Pro primo capitali bonorum mobilium habentur bona mobilia, quae Domi dissoluto per mortem matrimonio reperirentur, nisi in Instrumento dotis bona ipsa mobilia estimata comparerent. lib. 2. cap. 72.

Mercator

Mercator, & quisquis lucri libidine merces, & mercaturas non adulteret lib. 3. cap. 20.

Mercator mensuras, & pondera sibi leniora, ac aliis graniora non faciat, sed iustitiae mensuris, ac ponderibus aqua lance utatur lib. 3. cap. 31.

Oleum nisi ex vitro vendere licet; Obulum ad pauperum commendum excipe. lib. 3. cap. 32.

Mercenarius

Vide Seruus.

Meres

Mercedes ferias non admittunt, sed muto foro vocem habent. lib. 3. cap. 102.

Mercedes operum, & servitutis quindecim dierum spatio a seruitute, ac opera praestita petantur: Alioquin iuramento domini solvantur; Vindictatores vero suam mercedem poscant infra duos menses sub dicta pena. lib. 3. cap. 101.

Molendinarius

Molendinarii Risani habeant schatas, seu mensuras ferratas, & signatas a Iustinopoliis ad accipiendo molaturas. lib. 1. cap. 4.

Molendinarii accipiunt a ciubus, habitatoribus, & Rusticis Villarum Iustinopolis duas schatas pro statario, & ab inde inferius pro rata statario, vel solidos quatuor pro statario ad ciuum, habitantium, & rusticorum arbitrium.

Tres Mensurae seu scatæ Molendinariorum

rum unum constituant Bacharium. Ibi. Molendinarii quodcumque bladum molere ciubus habitatoribus Iustinopolis tenentur. lib. 1. cap. 55.

Molendinarius molens frumentum, vel bladum alicuius aduenire compleat mole re statiarum unum ipsius frumenti, seu bladi, quo completo illico seruat, & satisfaciat ciubus, & habitatoribus Iustinopolis. lib. 1. cap. 5.

Molendinarius vendere frumentum, farinam seu aliud bladum nisi ciubus, & habitatoribus vetatur lib. 1. cap. 6.

Molendinarius molere, nec molis permittant die sabati a solis occasu usque ad totum diem dominicum subsequentem, nec in festis solemnibus. lib. 1. cap. 7. & 8. & 3. & 4.

Molendinaria unius annua pensionis debetri auctore Praetore precipi potest, quod debitum infra tertium diem sub pena quanti enumeret. Lib. 2. cap. 61.

Molendinarii Formionem vulgo Risianum ramis expurgare obligantur. lib. 3. cap. 24.

Molendinum

Molendina edificata super territorio Communis Iustinopolis, Communi libras tres respondeant. lib. 1. cap. 9.

Notarius

N Otarius obligationem, seu onera possessionis vendita in Instrumento declarare, vel contrahentiis recordari, quod exprimatur per Sacramentum tenetur. lib. 2. cap. 28.

Notarius proclamari faciat quodcumque Instrumentum de re immobili a se stipulatum uenationis, vel alicuius alterius obligacionis, seu alienationis infra quindecim dies a stipulatione. lib. 2. cap. 37.

Notarius facta Instrumenti proclamatione illico cedulam debet componere, in qua annus, mensis dies, Ewptor, Venditor, Res alienata, cōfinia a quatuor lateribus, tempus proclamationis, & prout declareretur ipsaq; affizere in loco deputato. Ibi.

Notarius quotilibet die Dominico per totum clamationis terminum prospiciat, si cedula suo loco fixa remaneat, & remota subito senouet.

Notarius in Instrumento numerum perticularum possessionis quocumq; titulo alienata descri-

describat aliter Instrumentum deficci
lib. 2. cap. 39. 36
Notarius in Inventariis diem obitus, atque
acceptationis tutela specificet. lib. 2. cap.
58. 48

Notarius Debitores à Fideiussoribus in In-
strumentis aperta declaratio distin-
guat. lib. 2. cap. 86. 60

Notarius ad testamentum condendum in-
uitatus nil cunctando procedat calamo,
et calamario instructus. lib. 2. ca. 49. 40

Notarius primum coram testatore, et Vice-
domino; Deinde Testatori, Vicedomino,
et testibus nullo alio praesente legat testa-
mentum. ibi.

Notarius, cui data fuerit cedula à Testatore
dicente ipsam cartam suum esse testa-
mentum, interroget testatorem, si dictam
cedulam sua manu scriperit, quod si af-
firmauerit tunc preces accipiat ipsius te-
stamenti, et scribat super testamento no-
men testantis, ac diem presentationis pra-
sentibus ipso testatore, Vicedomino, et tri-
bunis saltē testibus rogatis expresse nomi-
nandis. lib. 2. cap. 50. 41

Notario reuelare testamentum ante Dispo-
nentis decessum nefas sit. ibi.

Notarius testantibus recordetur, quod filii
dimitendum est in benedictione, et con-
tentu; Alioquin hac ommissa expressione
licet de eis nulla facta fuerit mentio in
institutione, hereditatem equaliter cum
institutis consequetur. lib. 2. cap. 52. 43

Notarius qui testamentum scripsit, ipsum
authenticare post tertiam diem postquam
fuit requisitus, subetur. lib. 3. cap. 17. 85

Notarius per unicam literam non abbreviet
tam in Instrumentis, quam in testamentis
nomina testatoris, contra dictum, et te-
stium, ibi, et lib. 3. cap. 19. 88

Notarius, qui testamentum condidit, in uno
quaterno legata omnia ordinata scribere
debet. ibi.

Notarius, qui ipsa die stipulationis, vel sub-
sequenti mercedem suam non obtinet, du-
plam Praetore cogente, recipit lib. 3. cap.
20. 88

Notarius, cuique sua legata, ac beneficia
manifestet. lib. 4. cap. 39. 120

Notarius qui scripturas sua manu constru-
xerit, eas à Vicedominaria estrahere, et
in publicam redigere formam iure debet,

Jed loco Notarii absentis vel à vita, vel
ab urbe alias Notarius ad parentis libi-
tum succedat. lib. 3. cap. 104. 68

Nundinæ

Nundinarum ad Risarum in fest. Assump-
tæ Deipara solemnia, Immunitates, et
Privilegia. lib. 3. cap. 51. 99

Obligatio

O Bligatus in solidum qui deficiente
Varente obligationem ultra solem si-
bi contingencem satisficerit, in alios si-
mul obligatos pro capitali duplo, pena,
damnis, et expensis paratam habet actio-
nem. Si autem conservatorem, vel Varen-
tem habuerit, primo contra ipsum Varen-
tem, et bonis ipsius deficientibus, contra
pradiictos simul obligatos postea regressum
tenet. lib. 2. cap. 85. 60

Officium

Vide librum 3. cap. 1. c. 7. Vbi multa de
ordine officialium.

Pater in nullo officio filium, nec filius Pa-
trem, nec frater fratrem eligat. ibi.

Habens etatem annorum viginti capax est
officiorum Maioris Consilii. Limita Vice
Dominatum, iudicatum, atque Aestima-
riam. ibi.

In nullo officio duo, vel plures esse iure ne-
queunt, qui se per cognationem seu agna-
tionem iuxta ritum. Urbis dominatricis
expellunt. ibi.

Eleccio in aliquod officium si incapacitate,
repudiatione, seu morte electi, antequam
officium sublinere inceperit, irrita rema-
serit, in electorem redundet. lib. 3. ca. 1. 70

Officii quatuor mensum terminus non plus
ultra preficit. lib. 3. cap. 1. 70

Duo officia in uno Ciue stare non possunt lib.
3. cap. 2. 70

Operarius

Operarius precium cuiuscumque operis acci-
piens opus promisso tempore non adimplē-
do ad penam, et restituitionem pretiū eiusam
Feriū obstantibus cogitur li. 3. ca. 100. 66

Operarius ipsa die non solitus duplex pre-
mium obtineat Praetore mandante, et De-
bitor quoque puniendus. lib. 3. cap. 99. 66

Pensio

D Ebitoribus, Pensionum pro Domibus,
Molendinis Agris, atque aliis rebus
conductis, auctoritate Praetoris mandari
quod infra tertiam diem pensiones ipsas

sub pena quarti persoluant iure sancitur.
lib. 2. cap. 61. 49
*Pro satisfactione pensionum Domorum in
bona Inquilini mobilia Dominis ius con-
ceditur;*

*Pensione perpetua debito tempore non soluta
debitor conuentus in forro nullam habeat
remissionem de duplo. lib. 2. cap. 35. 32*

*Dominus domus fidem pensionis non solute
ultra annum non habet, & infra annum,
si Inquilinus domi permaneserit, apud Do-
minum fides sit, si vero egressus fuerit,
apud Inquilinum per quindecim dies iam
egressum de pensione non soluta stare fa-
dem statuitur. lib. 2. cap. 94. 64*

*De Nauim ac Pratorum naulo, seu pen-
sione idem ius; lib. 2. cap. 94. 64*

*Pensio Domus ex uno anno ceteris credito-
ribus antecedit, Sed de pluribus annis
paraliis debitum procedit. lib. 2. cap. 94. 64*

*Pensio domorum ipso feriato tempore fori
Ius habet. lib. 3. cap. 102. 67*

*Inquilinus domum conductam habitare per
annum subsequentem renunciat, per trigan-
ta dies ante exitum domino denunciat,
Aliter volente domino iniuritus retineat.
lib. 2. cap. 94. 64*

*Dominus Inquilino per mensem ante an-
ni exitum significet Domo fore eges-
surum, Aliter, inuito domino; domi per
annum subsequentem immorari Inquili-
no conceditur. lib. 2. cap. 94. 64*

*Inquilinus a domo conductas res extrahere
nisi pensione soluta prohibetur. lib. 2. cap.
95. 65*

*Dominus domum, aut possessionem locatam
sibi vel Emptoribus volens, Inquilino, seu
colono per duos menses ante anni completi
terminus notitiam afferat, & si quid eis
debuerit, primum restituat. lib. 2. cap. 96. 65*

*Qui Polarum, Praudam dicimus, per plu-
res annos non petierit, fidem de qua-
tuor annis solum habeat. lib. 2. cap.
94. 64*

Petitio

*Petitio Mutui, Depositii, seu pratiij de qualibet
renomibili vendita fiat infra tres men-
ses a die venditionis, mutui, & depositi,
Alioquin Emptor, Depositarius, & qui
mutuum accepit, iurando reddidisse,
vel persoluisse absoluntur lib. 2. cap.
12. 22*

Pignora, & Pignorare
*Pignorare absque Pratoris licentia vetitum
est lib. 1. cap. 17. 6*

Officiales, tenentur die sequenti pignora ac-
cepta scribi facere a Cancellario D. Potestatis
in uno quaterno ad hoc specialiter
deputato cum declaracione cuius sint, ad
cuius instantiam, vigore cuius sententie, &
pro qua debiti quantitate. ibi.

*Pignora vendantur primo die Dominicō se-
quenti diebus quindecim numerandis a
die pignorationis coram D. Potestate, vel
uno ex Iudicibus; Et teneatur computus
Venditionis in supradicto quaterno. lib. 1.
cap. 18. 6*

Piscator
*Piscator in Vrbem pisces vendendos portet,
nisi temporis sauities inhibuerit. lib. 3. cap. 44. 97*

*Piscator reuenditurus pisces non vendat, &
nullus ipsos reuenditurus emat. lib. 3. cap. 45. 97*

*Piscator sedens in Piscaria tamquam auari-
orijs reus damnatur, & nudo capire in An-
nona reuerentiam stare compellitur. lib.
3. cap. 97. 97*

*Piscator seu terrigena, seu aduenia totum
Piscem in Piscaria exponat, & pisces pri-
ma die non emptos nisi canda detrunca-
ta in Piscariam regredi permittat lib. 3.
cap. 46. 97*

Possessor, & Possessio
*Ad Possessorem est recurrentum. lib. 2. cap.
11. 21*

*Possessiones venditas, seu alienatas fuisse suo-
rum Debitorum creditores sufficienter
comprobant per Instrumenta venditionis,
vel alienationis sine productione testium,
lib. 2. cap. 19. 25*

*Habens alicuius possessionis particulam in
medio vel in capitibus, eam dare ceteras
partes possidenti obligatur, & ceterarum
partium Possessor ipsam particulam iusto
pratio sibi acquirere cogitur. lib. 2. cap. 36. 32*

*Quocumque possessio extra ciuitatem posita
dum alienatur quocumque titulo, circum-
unumquodque latus accuratè est metien-
da cum declaracione confinium, & men-
sura omnium laterum, Aliter alienatio
non substinetur. Excepto alienationem Sal-
inarum, dotes, legata, & vniuersales do-
nationes, lib. 2. cap. 39. 36*

Potestas
*Constitutus sub potestate Patris, Matris, seu
Matri,*

*Maiorum foro impotentium pro se, & ipsi-
sis in iure agat dumodo ad legitimam ex-
tatem peruenierit lib. 2. cap. 43.* 38

*Filio in potestate Parentum alicuius culpe
re oponam Parentes soluant, vel iurent de
suis bonis numquam tali filio se daturos,
nisi prius ille oponam satisfecerit lib. 2. cap.
44.* 38.39

*Filius in potestate Parentum sine proprijs
bonis nec fideiubere, nec res dare pignori
potest, & si fecerit, pignus sine pecunia re-
stituitur, & fideiusfio corruit. Ibi.* 39

Prælatio

*Prior in tempore posterior in iure, licet contra
Fiscum lib. 2. cap. 62.* 50

*Scripta manu à die petitionis, & prælationis
in iudicio prælationē obtinent l. 2. c. 62.* 50

*Manuscripta omnia post mor. em debitoris
comparentia quamvis diversis diebus si-
gnata, unius temporis habentur, nec v-
num super alium ex etatis antiquitate
prælationem assequitur.* Ibi.

*Instrumentum, seu scriptum debiti statuto
tempore non renouatum, Debi: ore id de-
bitum in iure confitente, a die talis confes-
sionis, & non ante in bona ipsius debito-
ris est anteponendum lib. 2. cap. 65.* 51

*In denarijs à bonis debitorum perceptis priori
creatori datur prælario lib. 2. c. 92.* 63

*Anterioribz debitis, & cartis prælatio assi-
gnatur lib. 3. cap. 14.* 79

*Instrumentum de pensione domuum unius
anni prælationem super omne debitum
habet, sed plurim annorum equaliter
iuxta legem aliorum debitorum progre-
ditur. lib. 2. cap. 84.* 64

Prælatus

*Prælatis Ecclesiasticas possessiones alienare
non licet. lib. 4. cap. 25.* 114

Presbiter

*Presbiter Hospitalis Sancti Nazarij sex li-
bras in mense habeat, quotidie in ipsa Ec-
clesia diluculo sacrum celebret, Dormiat
nocte in Hospitali, & in Hospitali lecto;
Contra faciens priuatur lib. 3. cap. 4.* 72

Præscriptio

*Possessor per decennium sine strepitu iudicij
cuiuscumq; immobilis in laboratura posi-
ti prescribit, si iuret suum esse id immobi-
le, & nullam habere conscientiam rei
aliena lib. 2. cap. 21.* 26

Ii pupilos non curit Præscriptio. Ibi.

*In Forenses, vel Aduenas militat Praescrip-
tio annorum quindecim lib. 2. cap. 22.* 26

*In sententias tempus ius non habet. lib. 2.
cap. 65.* 52

*Actione contra Varentem, seu Manutentorem
non prescribitur nisi per decennium post
quam qui Varentem, seu manutentorem
habuerit, soluerit debitum, vel aliquod
damnum substituerit lib. 2. cap. 66.* 52

*Possessor per triennium alicuius possessionis
seu proprietatis empta per Instrumentum
sine lite sibi imposita. nec a creditoribus
Venditoris, qui tamen sine carta credito-
res fuerint, nec ab iis qui cum ipso Vendito-
re alicui in solidum sint obligati, vel ex
illis, qui ab eodem alienatore instrumentū
conservacionis seu manutentionis habue-
rint, transacto ipso triennio potest in perse-
cutione molestari lib. 2. cap. 23. c. 27. Pupillis
prescribe quinquennium, postquam pupil-
laristatem excederint, & triennium mul-
tieribus coniugatis ad usum alma Ciuitatis
Venetiaru post dissolutum matrimonium
seu ex morte, seu ex diuorio. Ibi.* 28

Prior Hospitalis Sancti Nazarij

*Prior Hospitalis S. Nazarij possessiones ip-
sius Hospitalis sine licentia, & Verbo Pro-
curatorum locare non potest lib. 3. c. 3.* 71

*Prioris Hospitalis S. Nazarij electio, appro-
batio, honorarium, obligatio lib. 3. c. 4.* 72

Procurator

*Quisquis Procuratorem sibi constituere va-
let. lib. 2. cap. 80.* 58

*Procuratores Ecclesiæ Cathedralis
Procuratores Ecclesiæ Cathedralis à Prato-
re eliguntur habitu primū consilio, & colo-
quio cum Episcopo; Per triennum admini-
stant annuatim à Maiori Consilio confir-
mandi, & singulis annis rationes Ecclesiæ
Episcopo, ac Prætori reddituri l. 3. c. 5.* 72

*Procurator Ecclesiæ Cathedralis unus ex
Præbiteris ab Episcopo eligitur, qui duobus
Procuratoribus per prætorem electis Colle-
ga sit.* Ibi.

*Procuratores bona Ecclesiæ dimissa semel in
mense in vice Dominaria inquirant.* Ibi.

Procuratores Hospitalis S. Marci

*Procuratorū, & Prioris Hospitalis S. Marci
electio, munia, stipendium, & debitū l. 3. c. 8.* 73

Procuratores Hospitalis S. Nazarij.

*Bona pro animabus defunctorum distribue-
da infra annum ab obitu Disponentis*

*non dispensata deuenient ad Hospitalē
S. Nazarii; lib. 2. cap. 53.* 43.44

*Procuratores Hospitalis S. Nazarii sibi ac-
quirunt solidos quinque pro libra de bonis
omnibus, que inuenient, ac ipsi Hospitali
recuperauerint.* Ibi. 44

*Fraude commissa in dispensatione rei lega-
ta ad pias causas, bona, seures legata in-
vulnerabiliter Hospitali S. Nazari adiudi-
centur, quarta parte Procuratoribus in
vigilantia premium assignata.* Ibi. 44

*Bona Ecclesiasticis dimissa si inulta, &
male tractata fuerint, ad Hospitalē S.
Nazari sine strepitu iudicij irremissibili-
ter perueniant.* lib. 2. cap. 81. 58. 9

*Bona ab Ecclesiasticis ad Hospitalē trans-
fusa. vendantur, & tres pretii partes
ad pii loci utilitatem conuerantur. quar-
ta apud Procuratores remanent.* ibi. 59

Pupillus

Pupillum prescriptio nō edit li. 2. ca. 21. 26
*Prætor pupillis de eorum augmento, arque
utilitate prouideat, ac præuideat li. 2. cap.*
55. 45

*Pupillorum bona si quis celauerit panam
non fugier.* lib. 2. cap. 57. 46

*Pupillus infra decem annos a pupilli etate
expiratos ius suum à tutoribus petat. Vi-
tra non audiatur.* Ibi. 47

*Pupillus masculus quindecim annis transfa-
ctis sui iuris est, & femina annorum qua-
tuordecim; & annus quartus decimus in
masculo, & decimus tertius in femina
etas legitima dicitur, & sancitur.* ibi. 47

*Pupillorum bona sub colore alimentorum
vel pacto nō alienes, nisi ex auctoritate
Prætoris, & prætentibus duobus ex pro-
pinquieribus a Prætore deputatis.* Ibi. 47

*Pupillorum bona mobilia si tutor in Inven-
tario recipere recusaverit vendantur, &
pecunia mobilium loco describatur.* lib. 2.
cap. 58. 48

*Contra Pupilos agere volens tutores, seu tu-
torum maiorem partem in Ius enocet.* lib.
2. cap. 59. 49

*Renovatio Instrumentorum non facta pupil-
los minime offendit lib. 2. cap. 65.* 51

Vide Tutor

Recuperatio

Recuperare potest quilibet possessionem
sibi respondentem, si ipsa possessio aliena-
ta fuerit, dummodo agnati, seu cognati

alienantis eam non recuperent. lib. 2. cap.

27. 29

*Recuperare potest lateranus possessionem
alienatam alicui respondentem, Agnatis,
Cognatis, & eo, cui respondet Possessio, non
recuperabitur lib. 2. cap. 37.* 33

*Rem alienatam ex parte Patris proceden-
tem Propinquus recuperent ex parte Pa-
tris, similiter de re ex parte Matris ema-
nata Propinquus alicinatoris ex parte Ma-
tris. De Re vero acquisita per alienato-
rem idem ius recuperandi sit apud co-
niungulos tam ex parte Patris, quam ex
parte Matris.* Ibi.

*Propinquus Alienatoris ex Parte Patris pos-
sessionem alienatam ex Parte Patris pro-
cedentem non recuperariibus, apud Pro-
pinquos ex parte matris ius recuperandū
procedit. Sic & conuerso.* Ibi.

*Si maritus propria bona cum Vxore vel si-
ne vendiderit, coniunctis Marii actio re-
cuperationis conceditur, sed Viro alienan-
te bona vxoris viventis, consanguineis
Vxoris actio ipsa statuitur. Et altera par-
tium deficiente, altera succedit.* Ibi.

*Pluribus Coniunctis recuperare contenden-
tibus, detur Possessio alienata coniunctio-
ri, si vero omnes in pari propinquitatē
gradu permanserint, aequaliter diuidar-
tur.* Ibi.

*Coniunctis iure sanguinis recuperare des-
cendentibus, ratio recuperationis composit
Vicinis, & inter vicinos viciniori.* Ibi.

*Possessionem alienatam nomine alicuius
Religiosi, vel Conuentus possunt coniuncti
ipsius Religiosi recuperare, atque illi, quo-
rum talis possessio fuerat, antequam in
Conuentus deuenisset.* Ibi. 34

*Clericis, Religiosis viri usque sexus, ac Con-
uentibus cuiuscumque Regula possessio-
nem quocumque titulo alienata non recupe-
rare non licet.* Ibi. 34

*Forensis habitator extra Vrbis Districtum
possessionem in Districtu positam recupe-
rare prohibetur, nisi ad habitandum In-
stropolis, vel in eius territorio infra an-
num recuperationis comparuerit.* Ibi. 36

*Quodcumque immobile venditum, donatum
permutatum, & quolibet titulo alienatum
recuperari potest falso pretij deposito in-
fra triginta dies proclamationis, & si pre-
tium in Instrumento non declarabitur
fiat*

fiat estimatio. Ibi. & cap.39.lib.2. 36
Locaciones perpetua, & ultra decennium
facta recuperationem admittunt, & ideo
proclamande. Ibi.

Recuperator pure, libere ac sine fraude, &
pro se recuperare iure iurando affir-
met. Ibi.

Ne circa recuperationem facienda non
veretur, Vice Dominus de puritate, &
veritate contractum in omni eorum
parte, nemine excepta, contrahentibus
prefest Sacramentum. Ibi.

Recuperator rem recuperatam quo vis titulo
alienare per triennium a die recuperatio-
nis inhibetur. Dispositionem ex restau-
mento, locatione, & dote excipe. Ibi.

Ne Actio recuperandi impediatur, Instru-
mentum alienationis, seu Instrumentum
summarium loco depurato affigatur, illoq-
toto clamacionis spatio conseruetur. Ibi.

Recuperatio facienda est infra triginta dies
post proclamationem cum deposito pretii,
ac expensarum Instrumenti, & Actu ipsius
recuperare in Cancellaria Communis. Ibi.

Recuperator expensas factas ab Empatore
ante terminum clamacionis dierum tri-
ginta in re empta melioranda restituere
non tenetur, nisi licentia Praeoris interne-
nerit. Ibi.

Recuperatio facta possessionis alienata cum
obligatione satisfactionis per terminos si-
ne idonea fideiustitiae non habet sit. Ibi.

Bona immobilia ad in anum vendita re-
cuperare non concedi ur. lib.4.cap.14. 80

Res Consortalis

Res Consortalis Consortum eti mena sub-
stentur, & si quis tales contributionem
recusaret seu impotentia, seu obssessione.
Consors qui rem consortalem suo ere re-
parauerit, redditibus ipsius rei celerime
resarciantur, & de quantitate expensarum
eius Sacramento sit fides. li.2.cap.98. 66

Rustici

Rustici quantum Molinariis proffario de-
bent contribuere definitur. lib.1.cap.4. 2

Rustici Villarum Justinopolis habent pro-
habitoribus Justinopolis lib.1.cap.5. 3

Rustici non audeant ducere Victualia, ligna,
& sene extra districtum Justinopolis. Ibi.

Rustici tenentur aptare Vias exteriores, &
talis obligatio cuique Villa dividitur, ac
designatur. lib.3.cap.23. 98

Rusticorum obligationes, & onera in Nan-
dus Risani. lib.3.cap.51. 99

Rustici habitantes extra Ricauum anima-
lia infra districtum Justinopolis ducere
ad pascendum coercentur. li.4.ca.11. 106
Rustici Villarum patriam, & proprium Do-
minum deserentes bona stabilia perdunt
in Dominum redeuntia. li.4.ca.25. 114
Rusticus nullum bonum stabile, nisi suo con-
silio, alienare, vel obligare sine verbo
Dominii potest, & omnis alienatio nulla
est lib.4.ca.26. 114

Rusticus de possessione in sue Ville confinibus
posita ulli extra suam Villam habitanti
in iure respondere sine Praetoris vel sui
Dominii iactia admonetur. li.4.ca.27. 115
Ruficorum modus, pena & obligationes.
lib.4.ca.28. 115

Rusticus a Villa ubi habitauerit cum suis
mobilibus, ac debitibus recedere tentans, a
Castaldione ipsius Villa repellatur, nisi
Dominus consenserit. lib.4.ca.30. 116

Rusticus maleficium reus de Mobilibus Insti-
tue primum quam Domino satisfaciar.
lib.4.ca.29. 116

Rustici super rebus mobilibus Ciubus, ac
Habuitoribus in iure responsuri Justinopoli
veniant, sed super stabilibus ab eo-
rum Castaldione, & Iudicibus iudicentur
salvo appellationis iure. lib.4.ca.31. 117

Rusticus nec cum carta nec sine alicui extra
districtum Justinopolis habitanti se obli-
get lib.4.ca.32. 117

Rusticus sua animalia dare in societatem
seu ad pascendum alicui extra territo-
rium prohibetur. lib.4.ca.32. 117

Rusticus extra districtum Justinopolis habi-
tans nec heres seu ex testamento, seu ab
intestate, nec legatus nostri Rustici esse
potest nisi de habitatione in defuncti Villa,
ac respondendo eiusdem Villa domino fi-
deiustitionem praestiterit. lib.4.ca.35. 118

Ruficorum herede ac legatario a Villa de-
functi recedente bona ad proximiores te-
statoris deuenientia, nisi aliquis ex ipso
Villa in testamento fuerit substitutus.
lib.4.ca.35. 119

Forma Testamentorum Rusticalium, &
Consuetudo in eorum Matrimoniosis. Ibi.
Salinarius, & Salinæ.

S Alinarius Ciuis, vel habitator Justinopo-
lis proficiscens ad elaborandum salinas
alie-

alienus condemnatur. lib. I. cap. 24. 9
 Salinarius post solis occasum usque ad solis ortum per sua laboreria, vel aliena proficisci inhibetur, exceptio tempore vindemiarum, & causa vindemiandi. lib. I. ca. 25. 9

Salinarius medio Aprile Salinas ingrediatur, & progrediatur ipsis elaborando. lib. I. cap. 26. 10

Dominus salinarum, & Salinarius salem à Salinis non deducant nisi prævia sibi ipsis facta notitia, & etiā Datiario. lib. I. cap. 27. 10

Emper Salis Salem non estrahat, e salinis, nisi hoc prius notificauerit Patrono, Salinario, & Datiario. ibi.

Foxatos salinarum in alienum damnum ne aperias lib. I. cap. 26. 10

Habentes Salinas à communi, & biennium eas non elaborantes, omni iure cadant, & ad Commune Salina reuertantur. lib. 2. cap. 34. 32

Sententia Arbitraria Vide Compromissum.

Seruus

Seruus, vel Mercenarius sine licentia suorum dominorum opus extraneum euntis mulitentur, & pari pena damnetur qui eos seduxerit lib. I. cap. 10. 4

Seruus non petens mercedem seruitutis sine in termino duorum mensium postquam domo domini recesserit non audiatur, du modo iuret dominus soluisse. lib. I. ca. 11. 4

Seruus recedens à Dominis ante terminum concordatum perdat quod ab eisdem habere, & recipere debet, sicut ibi. Et si pena apposita in scripto fuerit panam Mercenarius recedens sentiat.

Quisquis alienum Mercenarium, vel sernum seduxerit puniatur, & seductos Dominis restituat. lib. I. cap. 14. 5

Sprochanus

Sprochanus nec solus, nec in societate mercaturas exerceat, & officium administraturus in Cancellaria denotare se faciat. lib. 3. cap. 26. 92

Scriptura seu Manu scriptum

Vide Prelatio

Sues

Sues per Vrbem non vagari in publica venustracis grauium statutum est. lib. 4. cap. 23. 111

Superstans Exterior

Superstans exterior habeat honorariorum solidorum quinquaginta in qualibet mense, nec sine pena repudiet. lib. 3. cap. 2. 71
 Ad aptandas seu reparandas vias extra Vrbem sitas inuigilet; Præcipiat ipsam reparationem quibus id faciendum ipsi videbitur, & innobedientes puniantur. lib. 3. cap. 23. 89

Præcipi faciat de Mandato Prætoris habentibus campos seu vineas iuxta viam publicam quod fossilia fodiant, & infra quindecim dies eius iussa plenam obrineant executionem. ibi.

Per duos dies saltē in Hebdomada ad reparationem, & conseruationem Viarum inuidet, ac præcipue circa Flumina Formonis, & Flumiselli, ut à Molendinarijs truncis ac ramis expolientur. ibi.

Superstans exterior tres Pontes lapides zaulis semel saltē visitet, & si agros inueniret restaurandoe curet; Item stratas regales aptari faciat. lib. 3. cap. 23. 89

Obediant ius pro reparatione viarum personaliter inferuentis, vel alium pro se ad commune beneficium destinantes, nec superstans pretium, pro aliquo recipiat. ibi. 90

Superstans Interior

Superstantis Interioris honorariorum, & pena dum repudiet. lib. 3. cap. 22. 71

Ad Vias Vrbis reparandas, nec non super vias usque ad Pontem Treuolchi, & ad Columnam Fontanæ ducentes studeat, atque Torcularia Ciuitatis semel in die scrutari tenetur. lib. 3. cap. 24. c. 92. & cap. 50. 99

Tabernarius

T Abernarius Aduenis grana, & farinas non vendat. lib. I. cap. 6. 3

Tabernarius, nec quisquis res dominorum, & Parrum à seruus, vel Filius pro pignore accipiat sub pena restitutio sine pretio, nisi Dominus aliquid seruis pro mercede deberet. lib. I. cap. 13. 5

Abernarius, vel qualibet alia Persona Vnum emptum soluat infra tertiam diem, si tempus non fuerit concordatum, vel in termino concordato sub pena quarti. lib. 2. cap. 61. 49

Tabernarius Vino empto non soluto aliud vinum in tabernis non vendat, nisi cre-

- ditoribus consentientibus. Ibi. 50
 Tabernarius noctu ad sonum Campane tabernas Ciubus, & habitatoribus claudat, sed non aduenis. lib. 3. cap. 29. 93
 Tabernarium ad officium Iustitiae ne eligas. lib. 3. cap. 1. 70
 Terminus
- Omnis terminus assignatur partibus praesentibus, & si aliter datus fuerit, pro non dato habetur. lib. 0. cap. 1. 18
 In terminis utraque pars compareat, antequam Prator a tribunali recedat. Ibi.
- Testamentum
- Testamentum präsentatum Notario à Testatore sua manu scriptum, præsente Vicedomino, & tribus salem testibus rogatis valet si extrema disponentis fuerit voluntas. lib. 2. cap. 50. 41
 Testamentum, quod sua manu scriptum in Notarij precibus dixerit testator, & post mortem alieno charactere compostum reperiatur pro nullo habeatur. Ibi. 42
 Testamentum, seu cedula domi reperta post alicuius deceßum, si diligenti examine ipsam manu talis defunsti fuisse notatam cognoscetur per Pratorem, per viam Breuarij ad publicam formam redigatur. & vim habeat ultima voluntatis. Ibi.
 Testamentum iuridice factum Breuarij's preualeat. Ibi.
 Breuaria non redacta ad publicam formam spatio trium mensium post mortem disponentis, si Iustinopoli, vel in eius Districtu obierit, seu termino sex mensium si extra Vrbem, atque eius Districtum occubuerit, omni prossus carent vigore. Ibi. & 42
 Testamentum scribatur per Notarium idoneum in præsencia unius ex Vicedominis, & scriptum legatur primum ipsi soli testatori, Vicedomino præsente, & postea coram tribus idoneis testibus ad hoc immediatè conuocatis publicetur nemine alio assistente; Alioquin non habeatur testamentum. Ibi. & 42
 Testamentum sub Sacramenti vinculo apud testes, Notarium, & Vice Dominum sint in secreto, & sine aliqua cunctatione reponatur in scrinio tribus clauibus uno, quorum duæ apud unum ex Iudicibus Vicedominis sit, & tertia apud unum ex Iudicibus Vicedominis non coniunctum. Ibi.
- Testamenta à Vicedominaria recipere, immutare corriger, & innovare ad omne voluntatis libitum licitum sit. Ibi.
 Testamenta Ciuium condita extra Vrbem in Istria, Foro Iulio, & Marca Taruisina trium mensium intervallo post mortem testantis, & alibi facta infra medietatem anni Vicedominis præsententur Aliter non subsistant. Ibi. 43
 Masculis post quartum decimum annum, & Faminis post decimum tertium testandi ius sit cum forma & modo à lege definito lib. 2. cap. 57. 47
 Testis, & testificatio
 Testibus magis idoneis credendum. lib. 2. cap. 6. 20
 Testes examinentur cum Interrogatorijs à partibus exhibitis. lib. 2. cap. 7. 20
 Testes ad perhibendum testimonium etiam iniuti compellantur. lib. 2. cap. 8. c. 21. Et nulla probatio testium contra defunctos accipiat nr pro debito. Ibi.
 Testificatio affirmanti, & non neganti admittenda. lib. 2. cap. 10. 21
 Nulla testificatio de mutuo pecunia vel deposito valat à quinquaginta libris supra, nisi fuerit publicum Instrumentum, & à dicta summa inferius nisi comprobetur per duos idoneos testes. lib. 2. cap. 12. 22
 Melius probant res contentiosa adiudicatur. lib. 2. cap. 25. 29
 Torcularie, & Torcularius
 Torcularius olei artem sine fraudis macula administret, oliuas lauet, bene, ac fideliter torculet, aquam feruentem debito tempore, & quantitate porrigit, oleum alienum nec pro suis oculis, nec pro suo ore distribuat, oleum, nec olei aquas spumer, vel hanriat absente Domino. lib. 3. cap. 50. 98. 99
 Torcularius mercedem suam, & Torcularis non recipiat alibi nisi Dominorum domi, atque Vrnas alia que mensuras Iustitiariorum bullo munitas teneat. Ibi.
 Tutor
 Pater filii, & eius bonorum matre defuncta, est tutor, nisi per Matrem alius tutor super suis bonis in testamento fuerit constitutus. lib. 2. cap. 54. 45
